Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

LATINE.

Ephemeris Latina.

SINGULIS MENSIBUS.

I.

HUIC FASCICULO INSUNT

I–Nisus et Euryalus.
II–"Non Irridicule."
III–Horribile Dictu! [Pars]
IV–Ardentia Horatii Verba.
V–Scriptum apud Caes. Nostrum Est.
VI–Quaestiones in "A."
VII–De Quibusdam apud Caes. Locis.
VIII–Quaestiones in Res Gestas.
IX–Synonyma.
X–Quaestiones.
XI–Scribenda.

Edgar Solomon

EDIDIT E. S. SHUMWAY.

KAL. NOV., - - - - MDCCCLXXXII.

POTSDAMII, N. Y.

1882–83.

Courier Print, Potsdam, N. Y.

POTSDAMII, N. Y. | KAL. NOV., MDCCCLXXXII.

LATINE.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

---

*I—*NISUS ET EURYALUS.*

Discite, O amici parvuli, pauca de amicis Trojanis, Niso et Euryalo.

> "Nisus erat portae custos, acerrimus armis."

Quocum, nocte silenti, vigilabat juvenis Euryalus:

> "Et juxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
> Non fuit."

Amici fideles erant:

> "His amor unus erat, pariterque in bella ruebant,
> Tum quoque communi portam statione tenebant."

Nisus contra hostes sine comitibus ire constituit. At Euryalus negat se relinqui, si eat Nisus, posse. Quaeret:

> "Solum te in tanta pericula mittam?"

Sed mater Euryalo est quae pulchrum filium suum maxime amat. Puer lacrimas matris carae perferre non potest; qua de causa eam linquit ignaram et insalutatam. Ad hostes venerunt amici. Multitudinem dormientium interficiunt.

Subito equites hostium eos cernunt.

In silvis fugientes viri nostri divisi sunt. Liber est Nisus, Euryalus est captus. Dux hostium, Volscens, Euryalum interfecturus est, Tum exterritus longius se non celat sed conclamat Nisus:

> "Me, me adsum qui feci, in me convertite ferrum,
> * * Mea fraus omnis."

Sed dum conclamat Euryalus transfixus moritur.

> "Purpureus veluti quum flos succisus aratro,
> Languescit moriens, lassove papavera collo
> Demisere caput, pluvia quum forte gravantur."

Heu miseram matrem relictam!

> 'At Nisus ruit in medios, solumque per omnes
> Volscentem petit, in solo Volscente moratur."

Volscentem interfecit.

> "Tum super exanimum sese projecit amicum
> Confossus, placidaque ibi demum morte quievit."

---

*Verg. Aen., Lib. IX.

II—"NON IRRIDICULE."

Scipio Nasica cum ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quæerenti Ennium ancilla dixisset domi non esse; Nasica sensit, illam domini jussu dixisse et illum intus esse. Paucis post diebus, cum ad Nasicam venisset Ennius, et eum a janua quæreret, exclamat Nasica, se domi non esse. Tum Ennius, 'Quid,' inquit, 'ego non cognosco vocem tuam?' Hic Nasica, 'Homo es impudens; ego cum quærerem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi.' —*Cicero*.

1. Quo venit Scipio Nasica?
2. Scisne quando ad poetam Ennium venerit?
3. Quem quaesivit?
4. Qua de persona quaesivit?
5. Quo ab loco quaesivit?
6. Quid ancilla dixit?
7. Cui id dixit?
8. Fuitne Ennius domi?
9. Nonne Nasica sensit illum intus esse?
10. Cur ancilla dixit Ennium domi non esse?
11. Nonne Nasica sensit illam domini jussu dixisse?
12. Volebatne Ennius cum Nasica loqui?
13. Estne Nasica eo tempore cum Ennio locutus?
14. Nonne paucis post diebus ad Nasicam venit Ennius?
15. Quot post diebus ad Nasicam venit?
16. Nonne quaesivit?
17. Quo ab loco quaesivit?
18. Nonne quaesivit utrum Nasica domi esset, necne?
19. Quis exclamat?
20. Quid exclamat Nasica?
21. Exclamatne ubi ipse sit Nasica?
22. Quid respondit Ennius?
23. Nonne Ennius cognovit vocem Nasicae?
24. Nonne scivit Nasicam domi esse?
25. Quid deinde Nasica dixit?
26. Nonne eum appellavit hominem impudentem?
27. Nonne Nasica dixit se cum quaesisset ancillae Ennii credidisse?
28. Credideratne Nasica Ennium domi non esse?
29. Crediditne Ennius Nasicae dicenti se domi non esse?
30. Nonne Ennius incusatus est quod Nasicae ipsi non credidisset?
31. Nonne Nasica eum incusavit incredulitatis?

III—HORRIBILE DICTU!

Erat Athenis spatiosa et capax domus, sed infamis et pestilens: per silentium noctis sonus ferri, et, si attenderes acrius, strepitus vinculorum, longius primo, deinde e proximo, reddebatur.

1. Ubi sunt Athenae?
2. Quid dicit Plinius Athenis fuisse?

Compliments of

Edgar S. Shumway

3. Qualis domus Athenis erat?
4. Eratne domus parva?
5. Eratne intra parietes multum spatii?
6. Nonne domus capax multos continere (capere) potest?
7. Nonne haec domus spatiosa infamis erat?
8. Eratne ejus fama bona, an mala?
9. Visne discere cur haec domus infamis et pestilens fuerit?
10. Nonne aliquando sonus ferri reddebatur? Quando?
11. Cujus sonus reddebatur?
12. Quid reddebat sonum?
13. Nonne nox silet?
14. Estne facile acriter attendere noctu?
15. Quid noctu reddebatur hac in domo si acrius attenderes?
16. Plinius dicit strepitum vinculorum longius primo redditum esse, nonne?
17. Quo ex loco deinde sonus reddebatur?
18. Nonne aliquid apparebit?
19. Timesne? Cura fortis sis.
20. Timetisne? Nolite timidos esse.

—Quid visuri estis Kal. Dec.!

IV—ARDENTIA HORATII VERBA.

Sublimi feriam sidera vertice, I, 1.
Quid sit futurum cras, fuge Quaerere; I, 9.
Carpe diem; I, 11.
O navis! &c.; I, 14. (Vide Colloquenda XIV).
Integer vitae, &c.; I, 22 (V. Coll. IX).
Rectius vives, &c.; II, 10.
Patriae quis exsul se quoque fugit; II, 16.
Nihil est ab omni parte beatum; II, 16.
Cur me querelis exanimas tuis? II, 17.
Truditur dies die,
Novaeque pergunt interire lunae; II, 18.
Quid ultra tendis? Æqua tellus
Pauperi recluditur,
Regumque pueris; II, 18.
Charon; II, 18; vers. 34-40.
Cerberus; II, 19; vers. 29-32.
Timor et minae scandunt eodem quo dominus; III, 1, 37.
Post equitem sedet atra cura; III, 2; 40.
Dulce et decorum est pro patria mori; III, 2; 13.
Multa petentibus,
Desunt multa. Bene est, cui Deus obtulit.
Parca, quod satis est, manu; III, 16.
Bene ferre magnam
Disce fortunam; III, 27; 74.
Exegi, &c.; III, 30.
Non ille pro caris amicis aut patria timidus perire; IV, 9, 52.

Minuentur atrae carmine curae; IV, 11, 35.
Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres; I, 4.—C. P. T.

V—SCRIPTUM APUD CAESAREM NOSTRUM EST.

I. Galliam esse omnem divisam in partes tres, quarum unam *incolere Belgas, aliam Aquitanos, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, latina Galli appellarentur. Hos omnes lingua, institutis, legibus inter se differre. Gallos ab Aquitanis Garumnam flumen, a Belgis Matronam et Sequanam dividere. Horum omnium fortissimos esse Belgas, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime abessent, minimeque ad eos mercatores saepe commearent, atque ea quae ad effeminandos animos pertinerent importarent; proximosque esse Germanis, qui trans Rhenum incolerent, quibuscum continenter bellum gererent. Qua de causa Helvetios quoque reliquos Gallos virtute praecedere, quod fere quotidianis proeliis cum Germanis contenderent, cum aut suis finibus eos prohiberent, aut ipsi in eorum finibus bellum gererent. Eorum unam partem, quam Gallos obtinere dictum sit, initium capere a flumine Rhodano, contineri Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingere etiam ab Sequanis et Helvetius flumen Rhenum; vergere ad septentriones. Belgas ab extremis Galliae finibus oriri, pertinere ad inferiorem partem fluminis Rheni spectare in septentrionem et orientalem solem. Aquitaniam a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani qui esset ad Hispaniam pertinere, spectare inter occasum solis et septentriones.

II. Apud Helvetios longe nobilissimum fuisse et ditissimum Orgetorigem. Eum, M. Messala et M. Pisone consulibus, regni cupiditate inductum, conjurationem nobilitatis fecisse, et civitati persuasisse ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasisse, quod undique loci natura Helvetii continerentur; una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis divideret; altera ex parte monte Jura altissimo, qui esset inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis divideret. His rebus factum esse, ut et minus late vagarentur, et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex parte homines bellandi cupidos magno dolore affectos esse. Pro multitudine autem hominum, et pro gloria belli atque fortitudinis, angustos se fines habere arbitratos esse, qui in longitudinem milia passuum ducenta et quadraginta, in latitudinem centum et octoginta paterent.

VI—QUAESTIONES.—In "A."

1. Quid est? Virga est. 2. Quot virgae sunt? Duae virgae sunt.
3. Quot fenestrae sunt? Quot mensae? tabulae? chartae? januae?
4. Quot sunt tres et tres? Sex. Tres et duae virgae? tres et una?—
   6 et 1? 4 et 3? 7 et 1? 7 et 2? 8 et 2? V et I? etc.

---

*Lib. II: Cap. 4; Liv. IV:51, XXIV:3; Cic. Fin. XIX. Lael. X.

5. Numera: una est, duae sunt, tres sunt, etc.
6. Nonne duas palmas numeras? 7. Quot pupillas numeras?
8. Nonne puella numerat? 9. Quot palmas puella numerat?
10. Quot puellae numerant?
11. Numera, O puella, paginas. Numero unam paginam, duas paginas, etc. 12. Nonne puella quattuor virgas numerat?
13. Quae puella virgas numerat? Puella Helena virgas numerat.
14. Numera, O Frederice, puellas. 15. Nonne puellas numeras?
16. Quot puellae sunt?
17. Monstra mihi puellam; duas puellas. Nonne palma puellae parvula est? 18. Monstra puellam longissimam
19. Nonne Anna longissima est?
20. Quae puella brevissima est?
21. Monstra mihi duas puellas longas?
22. Estne Helena longissima puellarum?
23. Quae est brevissima virgarum? Mensarum? etc.
24. Ubi es? In sella sum.
25. Suntne puellae in sellis? Ita in sellis sunt. Sedent.
26. Ubi sedent? In sellis sedent.
27. Ubi est creta? Nonne in dextra est?
28. Ubi sunt virgae? Nonne in palmis sunt?
29. Quot literae sunt in tabula?
30. Nonne multae literae sunt in tabulis?
31. Ubi sunt literae? In tabulis, chartis, libris, paginis.
32. Nonne multae insulae in charta (geographica) sunt?
33. O puella, ambula ad tabulam. (Quo ambulas?)
34. Indica Americam, Europam, Asiam, Africam.
35. Quam terram indicas? Quot insulas numeras?
36. Ubi est Sicilia? Sardinia?
37. Nonne multas insulas in chartis numeras?
38. Monstrate, omnes, mihi peninsulam Peninsula est Italia, Graecia, Hispania.
39. Nonne Sicilia proxima est Italiae?
40. Nonne Creta proxima est Graeciae? virga, tabulae? palma, palmae?
41. Num virga est divisa? (Virgam divido) Nunc virga est divisa.
42. Nunc virga est divisa in partes tres.
43. *Specta ad Galliam.* Ibi est *Gallia omnis?*
44. *Gallia est omnis divisa in partes tres.*
45. Numerate. Unam, duas, tres; *Unam, aliam, tertiam.*
46. Nonne *Belgae* in una sunt?
47. Nonne *Celtae* in alia sunt?

VII—DE QUIBUSDAM APUD CAESAREM LOCIS.

1. Nonne haec terra Gallia est?
2. Ubi est Italia? Hispania? Germania? Provincia Romana? Britannia? Hibernia? Oceanus Britannicus? Rhenus? Rhodanus? Sequana? Garumna? Padus? Lacus Lemannus?
3. Ubi sunt Belgae? Celtae vel Galli? Aquitani? Germani? Helvetii? Sequani? Genua? Massilia? Gallia Cisalpina?

4. Nonne Rhenus in Oceanum Britannicum fluit? Rhodanus in Mediterraneum? Padus in Adriaticum?
5. Nonne Garumna inter Aquitanos et Gallos fluit? Matrona et Sequana inter Belgas et Gallos?
6. Nonne Garumna flumen Gallos ab Aquitanis dividit? Matrona et Sequana Gallos a Belgis dividit?
7. Qui hanc partem Galliae incolunt? Hanc? Illam?
8. Nonne Gallia est omnis divisa in partes tres? Qui tertiam partem Galliae incolunt?
9. Nonne ipsorum lingua appellantur Celtae? Nonne Latina Galli?
10. Quomodo Caesaris lingua appellantur qui tertiam Galliae partem incolunt?
11. Nonne Galli inter Sequanam et Garumnam incolunt?
12. Quomodo Aquitania continetur?
13. Nonne Pyrenaei Montes inter Aquitanos et Hispanos sunt?
14. Nonne Pyrenaei Montes Aquitaniam ab Hispanis dividunt?
15. Nonne Rhenus Helvetios, Sequanos, Belgas ab Germanis dividit?

VIII—QUAESTIONES IN RES GESTAS.—COLLOQUENDA, IV.

1. Nonne Columbus in Americam venisse dicitur?
2. Quo Columbus venisse dicitur?
3. Unde Columbus in Americam venit?
4. Quis in Italiam venisse dicitur?
5. Quando Saturnus in Italiam venisse dicitur?
6. Quam haud procul a Janiculo condidit?
7. Num Saturnus arcem condidit procul a Janiculo?
8. Quomodo suam arcem appellavit?
9. Quam hic Italos primus docuit?
10. Quis te linguam Latinam docet?
11. Quis postea in illis regionibus imperavit?
12. Quae urbs in Asia sub hoc rege eversa est?
13. Nonne Graeci Trojam everterunt?
14. Quam longum fuit bellum inter Graecos et Trojanos?
15. Qui poeta Graecus de hoc bello scripsit?
16. Nonne agricultura melior est quam bellum?*
17. Cujus filius Troja aufugit?
18. Nonne Æneas patrem humeris tulit subiit?
19. Nonne Vergilius, poeta Romanus, id dixit?
20. Num Æneas in Italiam pervenit solus?
21. Cujus filia Æneae in matrimonium data est?
22. Cujus in honore Æneas urbem, quam condidit, Lavinium appellavit?
23. Quando Ascanius regnum, quod pater ante habuerat, accepit?
24. Quem in locum sedem regni transtulit? Postea Alba Longa cum Roma bellum gessit sed victa est, nonne?
25. Quo usque Silvii posteri Albae regnaverunt?
26. Num Romulus et Remus pueritiam transegerunt in urbe?

*Cic. De Off. I:42.

27. Nonne hi fratres urbem magnam condiderunt?
28. Indica urbem Romam. Cujus a nomine Roma vocata est?
29. Num novae urbis civibus conjuges erant? Nonne de-erant?
30. Cujus in honorem Romulus festum et ludos instituit? Nonne Neptunus unus deorum fuit?
31. Nonne virgines Sabinae ad eos ludos spectabant? Nonne cives Romani eas Sabinas rapuerunt?
32. Nonne Romani fuerunt pessimi?
33. Qui populi bellum adversus raptores Romanos susceperunt?
34. Ubi Romulus cum hoste pugnam conseruit? Nonne forum Romanum Romae est?
35. Nonne virgines raptae processerunt? Quid rogabant?
36. Nonne utrosque suis precibus commoverunt? Conjuges Romani commoti sunt, nonne? Et patres quoque Sabini?
37. Nonne Romani soceros suos in urbem receperunt?
38. Quot senatores Romulus, civitatem describens, legit?
39. Nonne senatores in civitate sunt nostra?
40. Quot senatores in civitate nostra sunt?
41. Suntne nostri senatores appellati patres?
42. Quot in curias Romulus plebem distribuit?
43. Quis post Romuli mortem rex creatus est?
44. Quot bella hic vir gessit?
45. Nonne rex optimus leges dedit? et sacra plurima instituit?
46. Nonne Romani barbari et bellicosi fuerant?
47. Num Numa bellicosus fuit?
48. Nonne melius est agricolam quam militem esse.

IX—SYNONYMA:

**Rerum Gestarum Scriptor: Historicus; Qui res gestas scripsit.*

Rerum gestarum scriptor would of course be good, yet I should not hesitate to use ***historicus*** also. See Cic. ***Topica***, XX, 78, ***et oratores et philosophos et poetas et historicos;*** Nepos ***Alcibiades***, XI; Quintilian in several places; and Juvenal VII, 104, and Mayor's note, which endorses this meaning of ***hist.*** as having good classical authority. E. P. CROWELL.

Amherst College, 24, 10, '82.

*Contra Potts' Hints towards Lat. Prose Comp., P. 31. See also Lib. III, § 55, Cic. *De Deorum Natura*, and Lib. I, § 55, *De Divinatione:* "*Historici Fabii, Gellii.*"

X—QUAESTIONES.

Is there any better expression for "South America" than "America meridionalis? What is the best general term for "room?" C.

Why do some scientific works use VIJ instead of VII? H.D.T.

Mention the best extract you have met for teaching future indic.; also subjunctives.

What do you recommend as work for the ***chain?***

Your answer (with citation) to the question: How did the Romans, with their notation, express arithmetical processes?

e. g.:—DCLXII divided by CCCXXXVI. H.D.T.

XI—SCRIBENDA.

Anuli Catenae Latinae are invited to write *some* of the following work:

I. *a.* Translate into Ciceronian prose fifty verses of Vergil, Bk 1.
b. Form fifty Latin questions explanatory and illustrative of the same—quoting from Livy and other Latin authors.
c. Twenty-five Latin questions on life of Vergil.

II. *a.* Turn Cic. in Cat. II into *oratio obliqua;* chapter 1, during November.
b Form Latin questions to exhibit and explain O. O
c. Collect quotations from various Latin authors illustrating any of Cicero's orations.
d. Form Latin questions on his life.
e. Turn Cic. Epist. ad Fam. XIV. 4, into O O.

III. *a.* Turn Caes. B. G., I, 31, into *oratia recta*
b. Form fifty Latin questions showing changes necessary.
c. Taking Caes. B. *Civili*, I, 7, write out Caesar's speech to his sol·liers in what you suppose might have been his words.

IV. In your reading make a list of clauses, phrases or words for which you would suggest synonyms. Give your authority, if you can, *by citation from Latin.*

V. Write English sentences based on text of Caesar, II Book B. G. to be turned back into Latin, with especial effort to teach Sub, Inf., and Abl.

VI. Form such sentences on Cic., I in Cat.

VII. Taking Caesar B. G. in order, make a list of synonymous expressions (or parallel passages) from other portions of Caes. and from either (or all of) Cic., Sall., Tacitus, Livy.

VIII. Turn Sallust's speeches of Caesar and Cato into O. O.

Specify as soon as possible which portion you will attempt during November. Those who have already specified will send an installment before the 15th. Questions on "*Colloquenda.*"

Thanks are due to C. P. Townsend, Worcester, Mass., E. K. Clark, Springfield, Mass., E. F. Freeman, South Norwalk, Ct., E. W. and E. G. Hunt, and A. VanDaell, Phila., A. F. Zuellig, Boston, C. Sherman, Edinboro', Pa., M. Warren, Johns Hopkins Univ., E. P. Crowell, Amherst, Alexander Redd, Millersburg, Ky., J. Faison, Raleign, N.C., W. L. Cowles, Amherst, Mass., and E. H. Rockwell, Wilkesbarre, Pa.

The *Chain* now has *links* in Arkansas, Connecticut, Illinois, Kansas, Kentucky, Maryland, Maine, Massachusetts, Michigan, Missouri, New Hampshire, New Jersey, New York, North Carolina, Ohio, Pennsylvania, South Carolina, Tennessee, Virginia.

The only condition of membership is a purpose to do some of the work.—Friends of the "Chain" are requested to assist in circulating "LATINE," in order that we may be enabled to increase its size. The expense will be $2 per member. Classes or clubs at special rates. The work of each month must be forwarded before the 15th.

E. S. SHUMWAY,
Nov. 1, 1882. POTSDAM, N. Y.

From Dr. Humphreys:— Boston, Oct. 25, 1882.

My Dear Sir: I thank you sincerely for sending me an account of the "Catena," and also some specimens of the Latin work printed by the Society, which work I have read with much interest. I heartily wish your Society success in its efforts to promote a wider diffusion of sound classical knowledge. * * *

E. R. Humphreys.

From Prof. Crowell:— Amherst College, Mass., Oct. 11, 1882.

* * I am much interested in the work of your "Catena." * * I am very glad you are developing such an interest in the work, and have such success in it * * *

E. P. Crowell.

From Prof. Redd:— Millersburg, Ky., Oct. 22, 1882.

* * * I became much interested and have concluded to do some of the work. * * Alexander Redd, Ky. Wes. Coll.

From Prof. Heritage:— Madison, Wis. Oct. 9, 1882.

* * * Will you have the kindness to count me as one of the "Chain?" Lucius Heritage.

From Prof. Hopkins: Albion College, Mich. 10. 2. '82.

* * Please consider me a member of "Catena Latina."

J. H. Hopkins.

From Prof. Zuellig:—

* * I congratulate you upon your brave effort. * * * * I shall take every opportunity of speaking of it to others.

Arnold F. Zuellig.

From the author of "Bacon's Leitfaden." * * "I know it will be a success and very useful in your hands, and wish to do all I can to promote it. I rejoice in your success. E. F. Bacon.

* * I will with great pleasure do all I can to promote the "Catena Latina," and, as I am to teach Latin this winter, I shall take whatever you publish, and make it known to others. B.

Rev. —— says: "Several young men of our place have asked me to assist them with their Latin. Put me down as a member of your "Chain." I hope to send you several names from our place."

"I think the 'Catena' is splendid." C.

* * There certainly ought to be enterprising teachers enough to support such a paper. * * C. W. L.

* * The instruction received in the section has been of so much help to me that I wish as many teachers as possible to become acquainted with this method of teaching. I have several friends who, I think, would like to be members of *Catena*. I shall write to them on the subject. * * J. F.

New York, Aug. 28, 1882.

* * I consider you, sir, as one of the best masters of the new method. You have proven to me how capable of succeeding you are by the excellent lessons you have given in my presence. * *

L. Sauveur.

* * * I have taught Latin for many years—have felt for years the need of more natural modes of teaching, and have been endeavoring the present year to introduce conversation into my classes.—Should be obliged for any information or aid. * * * * P



1869. State Normal and Training School. 1882.

Potsdam, St. Lawrence Co., N. Y.

LOCAL BOARD.

HENRY WATKINS, A. M., PRES.	ROSWELL PETTIBONE, A. M.
J. G. McINTYRE, SEC.	HON. JOHN I. GILBERT, A. M.
HON. GEO Z. ERWIN, A. M., TREAS.	GEN. E. A. MERRITT.
JESSE REYNOLDS, M. D.	WM. A. POSTE, A. M.

A. G. GAINES, D. D.

FACULTY.

THOMAS J. MORGAN, D. D., PRINCIPAL.	Philosophy and History of Education.
AMELIA MOREY, Preceptress,	School Economy, Grammar, Methods.
EDGAR S. SHUMWAY, A. M.,	Latin and Greek.
WARREN MANN, A. M.,	Natural Sciences.
MARY M. KYLE,	Rhetoric, English Literature, Drawing.
CHARLES C. TOWNSEND, A. M.,	History, Methods, Criticism.
GEORGE C. SHUTTS,	Mathematics.
MARY L. WOOD,	Reading, Elocution and Calisthenics.
MAUD BELL,	French and German.
HENRY A. WATKINS,	Penmanship, Grammar and Arithmetic.
PHEBE M. HAYNES,	Vocal and Instrumental Music.
ELIZABETH HARGRAVE,	Principal of Intermediate Department.
ELIZABETH BRONSON,	Principal of Primary Dept. and Teacher of Methods.
LILIAN CHURCH,	Reading, Geography and Criticism.
MARY LORD BACON,	Teacher of Meth. in Reading and Critic in Training School.

CALENDAR--1882-3.

FIRST TERM BEGINS SEPT. 6, 1882.

THANKSGIVING HOLIDAYS, Nov. 30–Dec. 4.

CHRISTMAS HOLIDAYS, DEC. 23–JAN. 2, 1883.

EXAMINATIONS BEGIN, JAN. 22.

COMMENCEMENT, JAN. 30, 1883.

WINTER VACATION, JAN. 31 to FEB. 6.

SECOND TERM BEGINS FEB. 7.

EXAMINATIONS BEGIN JUNE 18.

COMMENCEMENT, JUNE 26, 1883.

EXPENSES.—

Normal Students, Tuition and Books Free.
Academic Students, Tuition, English $6, Classical $7, per quarter, (10 weeks).

BOARD, fuel, washing, lights, $3 to $4 per wk.

SELF BOARDERS can live much cheaper.

N. B.—Special attention given to methods of teaching the English, Latin, Greek, French and German Languages.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

LATINE.

Ephemeris Latina.

SINGULIS MENSIBUS.

HUIC FASCICULO INSUNT

I–Horribile Dictu! [Alia Pars.]

II–Colloquia. [Dialogus, Bias, Diogenes, Vulpes et Leo.]

III–Militia. [Dicta Concatenata.]

IV–Quaestiones in Vergili Vitam.

V–Aeneidos. [*o. s.* cum quaest.]

VI–Caesaris in Pompejum Oratio. [Civ. *o. r.*]

VII–Cicero Dixit Quiritibus. [Cat. II, *o. o.*]

VIII–Colloquia Horatiana. [I, "Integer Vitae."]

Scribenda, Responsum, Latine.

EDIDIT E. S. SHUMWAY.

KAL. DEC., - - - - MDCCCLXXXII.

POTSDAMII, N. Y.

Courier Print, Potsdam, N. Y.

Department of the Interior,
Bureau of Education,
Washington, D. C., Dec. 2, 1882.

Prof. E. S. Shumway, A. M.,
State Normal and Training School, Potsdam, N. Y.

Dear Sir: In reply to your letter of Nov. 25th, relative to your efforts to promote the study of Latin, I have to say that I approve them most heartily. The Latin element of our language and the beauty and force which are seen best while they sleep unmolested in the words of the Latin writers, commend the study of the language, and also every enterprise whose purpose is, like yours, to advance that study. Your plan corresponds with the prevailing sentiment that it is better to study things themselves than to learn facts and rules about things. In the execution of it, your questions exhaust the form and substance of the passages analyzed; your "Colloquenda" are selected with care and judgment, as is shown by the variety in their beauties of expression and genuine interest; and your "Scribenda" offer exercises which are of great value in furnishing the best of mental discipline and in helping the student to form a practical acquaintance with Latin idioms as they are used by the standard authors. Very respectfully yours,

JOHN EATON, Commissioner.

Amherst College, Amherst, Mass., Nov. 28, '82.

* * I scarcely know which I ought most to admire, your courage in undertaking such a work, your industry and patience in preparing it, or the success with which you have thus far accomplished it. I am sure you and your coadjutors deserve a rich reward, and you will certainly receive it in the consciousness of serving a good cause. I trust, also, in the support of the friends of classical education. *

Very truly, your friend, W. S. TYLER.

Peabody Normal Seminary, New Orleans, La., Nov. 20, '82.

Dear Sir—My sincere thanks are tendered for the pamphlet—"Latine." Yours is indeed the rational plan of teaching this majestic language. ROBT. M. LUSHER,

State Supt of Public Instruction, 1876–'80.

Minneapolis Public Schools—Office of the Supt.,
Minneapolis, Minn., Dec. 1, 1882.

* * I have long been convinced that the opposition to Latin and Greek would be much less if the majority of those who teach these languages would not do so much digging in the "dry bones," and would endeavor to make it a more stimulating study. * *

H. L. MOORE, Asst. Supt. Schools.

* * Prof. Shumway's students have an accuracy in pronunciation, fluency in reciting, clearness in understanding, familiarity with the text, ready apprehension of grammatical points, facility in translation and interest in their work unattainable by ordinary methods of teaching. GEN. T. J. MORGAN, D. D.,

Principal State Normal & Training School, Potsdam, N. Y.

* * Whatever may be our opinion as to this method for beginners, there can be no question of its efficacy as an accompaniment to advanced instruction; and we should judge the contents of this little sheet well adapted to the end in view.—*The Nation, N. Y., Nov.* 30.

* * "Latine" is a neat monthly pamphlet of a dozen pages, and contains material for work of all grades,—a class of work that practically denies that Latin is a dead language.—*Journal of Education, Boston, Nov.* 30.

* * We regard the "Latine" as an evidence of the growing interest felt in classical studies; and are confident that in the hands of skilful teachers it may be the means of infusing a new ardor into their pupils.—*The Teacher, Philadelphia, Dec.*

EXCERPTA.

From Pres. Anderson:—

Rochester, Nov. 20, 1882.

* * I am glad to see this new departure in one of our New York schools. * * I have long been convinced that there are very many improvements yet to be made in the methods of elementary teaching in Greek and Latin; but these new and fresh methods must be introduced into the preparatory schools in order to become effective. * * If the method you have introduced should become universal it could be carried on quite successfully in a college course. I have continually urged upon the teachers of preparatory schools the adoption of a method which would make use of both the eye and ear in the acquisition of the elements of Greek and Latin. I look with great favor upon any attempt in tnis direction. * * M. B. ANDERSON.

From Hon. W. T. Harris, LL. D., Editor "Journal of Speculative Philosophy."

Concord, Mass., Nov. 10, '82.

T. J. Morgan, D. D., My Dear Sir: I am very glad to see the "Latine," Ephemeris Latina of Professor Shumway—especially because I see it will infuse much life into the study of the classics and lead to an acquaintance with what is best in the Roman civilization. Better than a knowledge of Roman History is a knowledge of the idioms of the Latin language, because these give us exactly the Roman way of looking at the world, and assist us to see the forms of the human will, such as have been formulated in Roman laws for all modern people to use He who can think readily in Latin has put on the clothes of the Roman spirit, and can feel and think as the Roman did, sufficiently well to enable him to see clearly the organic forms of the institutions under which we all live. Very truly y'rs. W. T. HARRIS.

From Pres. Seelye, Amherst College, Nov. 17. '82.

It pleases me much. Thanks for sending it. J. H. S.

From Pres. Potter, of Union College.

Union College, Nov. 13, '82.

Pres. Potter, just leaving town, asks me to thank you for your note, with the accompanying publication. He is interested in it and in your efforts to stimulate classical study, and wishes you all success. L.

From George William Curtis, Editor "Harpers":

West New Brighton,
Staten Island N. Y., Nov. 14,'82.

Dear Sir: I have looked over *Latine* with great pleasure, and should it succeed in interesting teachers and students of Latin—and I do not see why it should not—it might become a very useful "Notes and Queries" in the study of that language. Certainly it would be of the greatest service if it should show that the language can be learned thoroughly only by hard work. I am sure that I could suggest nothing to your "Scribenda," and I am, with all good wishes,

Truly yours,

GEORGE WILLIAM CURTIS.

From Prof. Harkness, Brown University:

Providence, R. I, Nov. 21, '82.

* * I think you have done a good work in establishing the *Latin Chain*. * * I wish you all possible success in your enterprise.

A. HARKNESS.

From Dr. Wilkinson:

Tarrytown, N. Y., Nov. 23, '82.

I cannot refuse to give you my word of plaudit and cheer in your very spirited enterprise in the *Latine*. I wish you the success you deserve. Such a publication is one of the signs, not yet failing, that the day of of classical learning has not gone by.

Faithfully, W. C. WILKINSON.

From Prof. Stevens, D D., LL. D., of Rochester Theological Seminary:—

November 10, '82.

"I congratulate you on the success you have already attained in your admirable undertaking." W. A. STEVENS.

From Prof. Humphrey, State Normal School:

Whitewater, Wis., Nov. 22, '82.

Allow me to form one more link in the *Chain*. I have used parts of the November *Latine* in my classes for *sight reading* and find them much interested. I heartily second your work. J. N. HUMPHREY.

From Prof. Harper, of American Institute of Hebrew:

* * I am interested, of course, in this new Latin work. Success to you! You are a "born" teacher, and cannot but succeed.

W. R. HARPER.

From Dr. Humphreys:—

Boston, Oct. 25, 1882.

My Dear Sir: I thank you sincerely for sending me an account of the *Catena*, and also some specimens of the Latin work printed by the Society, which work I have read with much interest. I heartily wish your Society success in its efforts to promote a wider diffusion of sound classical knowledge. * * E. H. HUMPHREYS.

From Prof. Crowell:—

Amherst Coll, Oct. 11, 1882.

* * I am much interested in the work of your *Catena*. * * I am very glad you are developing such an interest in the work, and have such success in it. * *

E. P. CROWELL.

From Pro . Redd, of Ky. Wes. College:—

Millersburg, Ky., Oct. 22, '82.

* * I became much interested and have concluded to do some of the work. * *

ALEXANDER REDD.

From Dr. L. Sauveur:—

New York, Aug. 28, 1882.

* * I consider you, sir, as one of the best masters of the new method. You have proven to me how capable of succeeding you are by the excellent lessons you have given in my presence. L. SAUVEUR.

From Prof. Gunnison, of St. Lawrence Univ.:—

* * The *Latine* I have examined with much interest. I have no doubt but that the energy, originality and effective work will yield a bountiful harvest of increased interest in the study of Latin. * *

W. B. GUNNISON.

From Prof. Heritage:

Madison, Wis., Nov. 17, '82.

Enclosed is an order for $2 to pay my contribution to the expenses of the *chain*. I regret that pressure of work has thus far prevented any contribution of a different kind. LUCIUS HERITAGE.

From J. H. Hopkins, D. D.:

Albion College, Mich.

Please consider me a member of *Catena Latina*. J. H. HOPKINS.

From Prof. Zuellig, Pres. Der Schillerbund:

* * I congratulate you upon your brave effort. * * I shall take every opportunity of speaking of it to others. * *

ARNOLD F. ZUELLIG.

From the author of "Bacon's Leitfaden":—

* * I know it will be a success and very useful in your hands, and wish to do all I can to promote it. I rejoice in your success. * * E. F. BACON.

From E. K. C.:—

The first copy of *Latine* reached me day before yesterday, and it has been my constant companion ever since. I am vastly more delighted with it than I expected to be, and that is saying a good deal, for my expectations were high. I have already used it in two of my classes, to their great delight, and shall find it a great help. * * One or two of my scholars have asked me if they could subscribe to *Latine*, and I told them I would write to you about it. * *

* * The instruction received in the section has been of so much help to me that I wish as many teachers as possible to become acquainted with this method of teaching. I have several friends, who, I think, would like to be members of *Catena*. I shall write to them on the subject. * * J. F.

* * I appreciate your success with *Nisus* and *Euryalus*. * * I like that very much as you have it. No "mus" about it. * T.

C. S., E. S. S., S. P. D.—Pecuniam ad *Latine* intus invenies: quoque *scripta*.

Edinborore, a. d. III Id Nov.

From the U. S. Commissioner of Education:

Department of the Interior,
Bureau of Education,
Washington, D. C., Nov. 23, '82.

Prof. E. S. Shumway,
State Normal School, Potsdam, N. Y.

Dear Sir: I have lately received several notices of the efforts you are making to stimulate classical study, for which I am obliged. If you have any printed information respecting the *Latin Chain*, or any specimen copies of *Latine* and *Colloquenda* that you can send for my examination, I shall consider it a favor.

Very respectfully yours,
JOHN EATON, Commissioner.

Poughkeepsie, Nov. 16, '82.

* * Am very much interested in the *Latine*. Everything that will give me more facility in handling Latin will interest me. * * Was interested in Crowell's note on Potts, who seems to me to have mildly libeled the language in pp. 30-31 of the "Hints," in speaking of *e. g.* agriculture, architecture, &c., * * S. R. B. PINGREE.

Owatonna, Minn., Nov. 11, 1882.

* * I have been teaching Latin for about ten years and think this little publication [*Latine*] can be made very useful. * *

I. H DEWOLF.

* * The *Latine* is delightful. I find it just what I need. * * I. D. H.

* * I am glad that you decided to enlarge the paper. I shall always look forward to its arrival with pleasure * *

Peace Institute, Raleigh. N. C. J. F.

"I think the *Catena* is splendid." C.

* * I have taught Latin for many years —have felt for years the need of more natural modes of teaching, and have been endeavoring the present year to introduce conversation into my classes. Should be obliged for any information or aid. * * P.

It is but fair to give the *one* card of the other stamp:

" * * I can see advantages in what you propose, in the way of greater interest in my Latin classes, but I can also see (at least I think I do) increased labor for myself for a time. I was brought up in the old way, and a change will not be *satis commodus* * *"

[As the *Chain* does not aim to be a collection of fossils, we prefer not to admit any too old to care for "greater interest." —E. S. S.]

POTSDAMII, N. Y.

LATINE.

KAL. DEC., MDCCCLXXXII.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

I—HORRIBILE DICTU! Pars Secunda.

Mox apparebat idolon, senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo: curibus compedes, manibus catenas gerebat quatiebatque.

1. Nonne idolon apparebat postquam strepitus reditus erat?
2. Quid est idolon?
3. Vidistine unquam idolon?
4. Visne idolon videre?
5. Nonne apud Shakspeare Hamlet idolon vidit?
6. Apparuitne idolon patris Hamlet?
7. Quoties apparebat hoc idolon Atheuis?
8. Quale idolon erat?
9. Quale idolon erat aetate?
10. Qualis senex erat corpore?
11. Eratne bene barbatus?
12. Num barba tonsa erat?
13. Nonne capilli horrebant?
14. Nonne tui capelli horrescunt?
15. Quae cruribus gerebat?
16. Quae manibus?
17. Nonne compedes et catenae vincula sunt?
18. Quorsum quatiebat vincula?
19. Qua de causa hoc idolon apparebat? Quorsum?
20. Cur domus infamis et pestilens erat?
21. Nonne arbitraris aliquod crimen ibi actum esse?
22. Num inhabitantes dormire potuerunt? Quare non?
23. Videbisne hac nocte idolon?
24. Estne tibi conscientia bona?
25. Cura ut bono animo sis.

II—DIALOGUS: "EXPERGISCERE!" [*Colloquenda, V.*]

Fredericus. Heus, heus, Carole! Expergiscere! Tempus est surgere. Audisne?

C. Non audio.

F. Ubi ergo habes aures?

C. In lecto.

F. Hoc video. Sed quid facis adhuc in lecto?
C. Quid faciam? Dormio.
F. Dormis? Et loqueris tamen mecum?
C. Saltem volo dormire.
F. Nunc autem non est tempus dormiendi, sed surgendi.
C. Quota est hora?
F. Secunda.
C. Quando tu surrexisti e lecto?
F. Jam ante duas horas.
C. Num sorores meae jam surrexerunt?
F. Jam pridem.
C. Sed frater meus certe adhuc jacet in lecto?
F. Erras. Cum expergefacerem eum, statim reliquit nidum suum.
C Mox igitur surgam.

Hodie nobis est dialogus.
Hoc in dialogo quot pueri dicent? [dicunt]
Quomodo appellati sunt hi pueri?
Quis primus dicit?
Quid inquit Fredericus?
Audisne quid dicat?
Carolus audivit, nonne?
Sed "non audio," inquit.
Estne Carolus beatus? Irritatus et vexatus, nonne?
Estne ingratum haec verba audire: "Tempus est surgere?"
Quando expergiscere [ris]? Cum prima luce? Multo die?
Quomodo audimus? Nonne auribus audis, oculis vides?
Ubi erant Caroli aures?
Quid faciebat in lecto?
Inquit: "Dormio," nonne?
Potesne dormire et dicere [respondere]?
Dum dormis, loquerisne unquam?
Loquebatne Carolus?
Num secum loquebat? Quocum?
Visne noctu dormire?
Tempus erat surgere sed Carolus dormire volebat. dixitne:—
"Saltem volo dormire?"
Fredericus eum surgere volebat, nonne?
Carolus surgere nolebat nonne?
Frederico nolent volente, Carolus, vel prima luce, vel multo die,
vult dormire nonne? Carolus vult dormire saltem?
Quid respondit Fredericus?
Quota erat hora? Nunc quota est hora?
Nonne apud Romanos duodecim horae diei erant?
Nonne nox ab Romanis in quattuor vigilias divisa est?
Nonne Caesaris milites prima luce surgebant?

Nonne pueri ignavi [otiosi] est usque ad secundam horam dormire?
Nonne de quarta vigilia surges, ut "cometam" videas?
Quota hora aves nidos suos relinquere solent?
Secundam circiter horam venit sol [oritur], nonne?
Accipitne praemium qui antequam sol oritur [ante solis ortum] surgit?
Sed Carolus ante duas horas surrexit, nonne?
Fuitne ridiculus? Nonne pater et sorores Carolo erant?
Num adhuc jacent in lecto?
Jam pridem surrexerunt, nonne?
Quis patrem expergefecit?
Quando lectum reliquit pater?
Eratne tempus dormiendi cum pater nidum suum reliquerit?
Eratne tempus surgendi cum sorores lectum reliquerint?
Nonne tempus laborandi est dies?
Tempus surgendi est tempus lectum relinquendi, nonne?
Tempus dormiendi est tempus in lecto jacendi nonne?
Surgetne Carolus mox [statim]?
Relinquetne lectum statim?
Jacebitne iterum ad secundam horam?

Bias navigabat aliquando cum hominibus improbis.
Adversa tempestate, illi invocaverunt deos.
Tum Bias: *Silete*, inquit *ne vos hic illi navigare sentiant.*
Quales homines improbi sunt?
Fuitne Bias Romanus an Craecus?
Nonne Bias fuit unus ex septem sapientibus Graeciae homi bus?
Putasne Biam hominem improbum fuisse?
Solentur homines improbi deos invocare?
Nonne in periculo deos invocant?
Num invocant deos secunda tempestate?
Cur Bias eos silere monuit?
Quid fore putavit, si dei eos illic navigare sentirent??
Navigavistine unquam in Oceano?

Diogenes Cynicus ubique secum ferre solebat poculum ligneum. Eo poculo aquam sibi e fonte hauriebat. Sed cum aliquando viderit puerum manibus aquam haurientem, id abjecit. Manus, inquit, idem mihi officium praestabunt.
Suntne tua pocula lignea an argentea?
Nonne libros tecum ferre soles?
Vidistine puerum manibus aquam haurientem?
Esne unquam conatus manibus aquam haurire?
Nonne facile est poculo aquam haurire?
Nonne facilius est poculo quam manibus aquam haurire?

Quid fecit Diogenes? Nonne Diogenes stultissimus fuit?
Nonne manus [nostra] multa officia utilia praestant?
Praestantne manus officia utiliora quam aures?
Nonne officia manuum et aurium dissimilia sunt?

Vulpes vidit leonem retibus captum, et stans prope, ludificavit eum insolenter. Leo autem, "Non tu," inquit, "me ludificas, sed malum quod in me incidit."
Qui belua est rex ferarum? Nonne leones in Africa reperiuntur [aut Africam habitant]? Nonne ab venatoribus capiuntur?
Quomodo venatores leones capiunt? Nonne periculosum est leones capere? Estne boni alios insolenter ludificare?
Estne mali alios amice ludificare.
Nonne vulpes leonem timuisset, si retibus captus non esset?
Nonne alii alios ludificant quod mala in eos inciderunt?
Visne mala vel bona in te incidere?
Numquis vult mala in eum incidere?

III—MILITIA: Dicta Concatenata.

Bellum, pugna, proelium, tumultus; imperator, dux, legatus, quaestor, tribunus militum, praefectus militum (equitum, fabrum) decurio, optio, primipilus, (primum pilum ducere), centurio (ducere ordinem); milites gravis armaturae, (legionarii) cohortes, (manipulus, centuria) ordo, milites levis armaturae, funditores, sagittarii, equites, alae, turmae, decuriae, evocati, fabri, speculatores. Arma, cassis, galea, (crista) clipeus, scutum, parma, pelta, (umbo) lorica, ocrea, tela, gladius, (Hispanus) balteus, cingulum, (ensis, mucro, ferrum) hasta, pilum, jaculum, arcus, sagittae, funda, lapides, glandes, sagum, (sagulum) tunica, caligae, impedimenta, sarcinae, valli, vasa, cibaria, impeditus, sub sarcinis, (LX librae) (vasa conclamare), expeditus, agmen (agmen quadratum); oppidum, ex itinere oppugnare, fossa, agger, (quae ad fossam complendam pertinent) murus, portae, turres, bitumen, pix liquida, oleum, saxa rotunda, trabes et tabulata ("subitis operibus addendas fit muris vel propugnaculis altitudo ne adversarium mobiles turres superemineant") onagri, ballistae, catapultae, tormenta, testudines, arietes, falces, vineae, plutei, musculi, turres mobiles vel ambulatoriae, (interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quinquagenos latae sunt. In inferioribus habet arietem, circa mediam partem accipit pontem, in superioribus partibus sagittarii collocantur), malleoli, falaricae, (altitudo muris additur, vel cuniculum subfodiunt), vigiliae, custodes, scalae ad capiendos muros, (muros noctu conscendunt sed acerrimi canes latratu, et anseres clamoribus nocturnum superventum indicant) hostes (multitudo, ferox, immanis, summa virtute, etc.) acies instructa, contendere (cum) pugnare, manum conserere, dimicare, vexillum, signa inferre, proferre, promovere, convertere, referre, conferre, convellere, efferre, tollere, manipulos ad signa continere, a signis discedere, retrocedere. Milites cohortari,

subsidium, vincere, superare, vulnerati, capti, interfecti, corpora, cadavera, in fidem venire, deditionem facere. Victores Romani, "bello superbi," "studiis asperrima belli," castra ponere,(in castra reducere,) fossa, vallum, (vallis) vel agger, intervallum, tentoria, (sub pellibus esse, habere milites) X contubernales, casae stramentariae, hibernacula, excubitores, stationes, custodes, custodiae, vigiliae, tessera.

> "Tu regere imperio populos, Romane, memento—
> Hae tibi erunt artes—pacisque imponere morem,
> Parcere subjectis et debellare superbos."—*Verg.*

> "Qui universum orbem erant missuri sub jugum."—*Vegetius.*

IV—QUAESTIONES IN VERGILI VITAM.

> "Pius vates et Phoebo digna locutus"

1. Quo anno natus est Vergilius?
2. Qui poeta, quo die Vergilius natus, eodem mortuus est?
3. Quo municipio ortus est?
4. Ubi, ut primum a pueris excessit, ejus animus ad humanitatem informabatur?
5. Quibus studiis maxime omnibus praestitisse dicitur?
6. Num in ratione exercitationeque dicendi versabatur?
7. Graecane cum Latinis, philosophiamque cum literis conjunxit?
8. Quo natus triginta annos venit?
9. "Quae tanta fuit Romam" ei "causa videndi?"
10. Nonne petiit ab Octaviano, ut sibi subveniretur?
11. Nonne Octavianus pollicebatur, se agros colonis ademptos ei redditurum?
12. Quomodo eidem contigit, ut ea spe dejiceretur?
13. Per quem stetit ut loco paternorum, arva meliora obtineret?
14. Nonne Romae, et salutis et honoris causa, breve tempus habitavit?
15. Honoribusne auctus est?
16. Quibus familiariter utebatur?
17. Num sibi tempus temporibus reipublicae transmittendum putavit?
18. Quare reliquam aetatem ruri consumpsit?
19. Quibus in vita commodis ibi fruebatur?
20. Quis huic erat auctor, ut quatuor libros de rebus rusticis scriberet?
21. Quocum iter Athenas fecit?
22. Quis carmen scripsit, in quo navem poetam laturam alloquitur?
23. Nonne labores incommodaque maris Vergilio detrimento erant?
24. Nonne Vergilius corpore parum valido, fronte tristi, colore pallido fuit?
25. Licetne hodie Vergili sepulcrum visere.?
26. Credisne poetam opera "monumentum aere perennius" reliquisse?

Date mihi quae excerpta ex libris Lucreti, Horati, Ovidi et cet., ad versos Verg. illustrandos pertineant.

V—AENEIDOS: I. ORATIONE SOLUTA.

Mihi dicendum est de bellis itineribusque viri, qui, ejectus [expulsus] divino decreto e finibus Trojanorum, multis periculis cum terra marique tum militiae inimicitia severae Junonis insatiabili ei comparatis, quibus auspiciis Lavinium urbem in Italia condidit, iisdem primus cultum deorum in Latio constituit: qua origine hodie habemus gentes Latinas, senatoresque antiquissima stirpe, denique hanc urbem orbis terrarum clarissimam.

Ne cui vestrum mirum videatur, maxime tibi, Auguste inclute, quod mihi dicenti de rebus saepius a poetis tractatis placeat, ut more antiquo Musam precibus invocem, quae me doceat, quare regina caeli Aenean, virum virtute humanitateque eximia, ad tantas calamitates perferendas coegerit. Utrum consiliis deae nescio quo modo obstitum, an aliqua culpa comperta Trojanis irata sit? Quis est talis, qui tantam inimicitiam deis inesse credat?

Cujus viri de bellis itineribusque Vergilio dicendum est?
Nonne Aeneas, domo profugus, primo in Macedoniam venisse fertur? (Liv., I, 1.)
Nonne Livius narrat, eundem sedes quaerentem in Siciliam delatum?
Nonne Ovidius canit rates Trojanas, cum jam prope litus Ausonium adessent, ad oras Libycas vento relatas? (Ov., M. XIV, 75.)
Num sua sponte e finibus suis excesserunt Trojani?
Quis Teucris multa pericula comparavit?
Nonne Juno Teucris multa pericula et terra et mari comparavit?
Nonne Juno Teucris multa pericula non solum terraque marique, sed etiam bello comparavit?
Irane Junonis in Aenean insatiabilis fuisse tibi videtur?
Nonne Aeneas, his periculis liberatus, oppidum condidit?
Oppidumne ab nomine uxoris Lavinium appellavit? (Liv., I, 1.)
Nonne cultum deorum in Latio constituit?
Nonne Cicero dixit, Romulum, quibus auspiciis Romam urbem, isdem cultum Jovis constituisse? (Cic., Cat. I, 13.)
Nonne Livius narrat, Aenean, ut animos aboriginum sibi conciliaret, Latinos utramque gentem appellavisse? (Liv., I, 7.)
Nonne Romulus primus centum senatores, patres ab honore appellatos, creavit? (Liv., I, 7.)
Credisne plerosque senatores sanguine Trojano ortos?
Nonne Ascanius urbem aliam sub Albano monte, quae Longa Alba appellata, condidit? (Liv., I, 30.)
Nonne Roma ruinis Albae crevit? (Liv. I, 30.)
Cum ea ita sint, licetne nobis credere Romanos Trojana stirpe ortos?
Solentne poetae musam precibus invocare?
Nonne Vergilius orat, ut musa se certiorem de causis inimicitiae Junonis faciat?
Nonne constat, Aenean virum eximia virtute humanitateque fuisse?

Coegitne dea Aenean ad calamitates perferendas?
Coegitne dea Aenean calamitates perferre?
Coegitne dea Aenean, ut calamitates perferret?
Credisne consiliis Junonis ullo modo obstitum esse?
Numquid tu dubitas, quin Juno Trojanis irata sit?
Credisne, aliqua culpa comperta, Junonem Trojanis iratum?
Utrum Juno Trojanis irata est, quod aliquam culpam contraxissent, an quod suis consiliis obstitum?
Num est credibile inimicitam odiumque deis esse?

VI—CAESARIS IN POMPEJUM ORATIO AD MILITES: [*Civ. I: VII.*]

Inimicorum, milites, invidia atque obtrectatione laudis meae deductus est ac depravatus Pompeius, cujus honori et dignitati semper favi adjutorque fui. Novum in republica introductum est exemplum, ut tribunicia intercessio armis notetur atque opprimatur. [Quae superioribus annis armis est restituta.]

Sulla nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquit; Pompeius, qui amissa restituisse videtur bona, etiam quae ante habuerunt ademit.

Quotienscumque est decretum dent operam magistratibus ne quid respublica detrimenti capiat (qua voce et quo Senatus consulto populus Romanus ad arma est vocatus), factum est in perniciosis legibus, in vi tribunicia, in secessione populi, templis locisque editioribus occupatis; haec superioris aetatis exempla expiata sunt Saturnini atque Gracchorum casibus; quarum rerum hoc tempore nihil est factum ne cogitatum quidem; [nulla lex promulgata, non cum populo agi coeptum, nulla secessio facta.]

Quaeso, cujus imperatoris ductu novem annis rempublicam felicissime gesseritis plurimaque proelia secunda feceritis, omnem Galliam Germaniamque pacaveritis, ut ejus existimationem dignitatemque ab inimicis defendatis.

VII—CICERO DIXIT QUIRITIBUS: [*Cat. II, o. o.*]

Tandem aliquando L. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem pestem patriae nefarie molientem iis atque eae urbi ferro flammaque minitantem, se ex urbe vel ejecisse, vel, ipsum egredientem verbis prosecutum esse. Eum abisse, excessisse, evasisse, erupisse. Futurum, ut nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparetur. Atque hunc quidem unum hujus belli domestici ducem, sine controversia se vicisse. Non enim jam futurum, ut inter latera sua sica illa versaretur, non ut in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimesceret. Loco illum motum esse, quum esset ex urbe depulsus: palam jam se cum hoste, nullo impediente, bellum gesturum esse. Sine dubio se perdidisse hominem magnificeque vicisse, quum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecisset. Quod vero non cruentum mucronem, ut voluisset, extulisset, quod,

vivo se, egressus esset, quod ei ipse ferrum de manibus extorsisset, quod, incolumes cives, quod stantem urbem reliquisset; quanto tandem illum moerore afflictum esse et profligatum putarent. Jacere illum tunc prostratum et se perculsum atque abjectum esse sentire et retorquere oculos profecto saepe ad hanc urbem, quam e suis faucibus ereptam esse lugeret; quae quidem laetari sibi videretur, quod tantam pestem evomuisset forasque projecisset.

VIII—COLLOQUIA HORATIANA, I.

Integer vitae scelerisque purus
Non eget [Mauris] jaculis nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
[Fusce] pharetra;
Sive per Syrtes iter aestuosas,
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quae loca fabulosus
Lambit Hydaspes —*Horatius*

Quis non eget jaculis, arcu pharetra? [Cic. abl. semper utitur?]
Num umquam integer vitae arcus et sagittarum et pharetrae eget?—[Sall. gen. saepe.]
Num multi scelere puri sunt? [Saepe apud Cic]
Quis sceleris sit purus?
Nonne Deus ab scelere purus est?
Nonne sagittarii sagittis arcu, pharetra-utuntur?
Nonne aborigines in America iis utebantur?
Nonne nostra verba saepe sagittae sunt venenatae?
Tum ora venenatis gravidae sagittis sunt pharetrae, nonne?
Impurus talibus dictis saepe utitur, nonne?
Nonne locus et tempus improbos saepe timidos reddit?
Nonne integer vitae semper est fortis?
Credisne si quis per Syrtes naviget cum jaculis egere?
Estne poetae id sibi proponere?
Nonne Syrtes in hoc carmine freta vel sinus breves significat?
Nonne barbari qui oras maritimas incolunt nautas interdum necant?
Num Caucasus hospitalis est?
Caucasus inhospitalis est, nonne?
Inter quae maria est mons Caucasus?
Scisne quae loca Hydaspes flumen lambat?
Quare Horatius Hydaspem flumen appellat fabulosum?
Nonne dives fuit fabulis? [Cic. abl.]
Qui victor primus id flumen transiit? [Alexander Magnus].
Nonne Hydaspes fabulosis Graecorum carminibus inclitus fuit? [Curt. III:1, 2.]
Nonne fama erat incolas immanes ibi viatores necare?
Poeta gracilis suo amico "caro," "optimo," [Sat. I:10.83] "ridendo dicit verum," nonne?
Dis gaudio sunt di. [Emerson, "W. S."]
Da mihi hos versos oratione soluta.

SCRIBENDA.

Anuli Catenae Latinae are invited to write out some of the following work:

I. *a*. Translate into Ciceronian prose vss. 50-101, Vergil, Bk. 1.
   b. Form Latin questions explanatory and illustrative of the same.
   c. Twenty-five Latin questions on life of Vergil.

II. *a*. Turn Cic. in Cat. II into *oratio obliqua*, chapters 2 and 3, during Dec.
   b Form Latin questions to exhibit and explain *o. o.*
   c. Collect quotations from various Latin authors illustrating any of Cicero's orations, *Pro Archia*, during Dec.
   d. Form Latin questions on his life.
   e. Turn Cic. Epis. ad Fam. XIV. 4 into *o. o.*

III. *a*. Turn Caes. B. G., I, 31, into *oratio recta.*
   b. Form fifty Latin questions showing changes necessary.
   c. Taking Caes. B. *Civili*, I, 7, write out Caesar's speech to his soldiers in what you suppose might have been his words.
   d. Caes. B. *Civili*, I, cap. IX.—*Quibus verbis usus est?* (*o. r*)
   e. Form twenty-five Latin questions on Caes. life.

IV. In your reading, make a list of clauses, phrases or words for which you would suggest synonyms. Give your authority, if you can, *by citation from Latin*

V. Write English sentences based on text of Caesar, II Bk. B. G., to be turned back into Latin, with special effort to teach Sub, Inf. and Abl.

VI. Form such sentences on Cic. I in Cat.

VII. Taking Caesar B. G. in order, make a list of synonymous expressions [or parallel passages] from other portions of Caes. and from either [or all of] Cic., Sall., Livy, Tacitus, Pliny. [Bk. I, 3 ch., during Dec.] Who will be the first to read, or have a class read, *for the purpose of collecting these expressions*, either of these authors? Could there be a more valuable exercise?

VIII. *a*. Turn Sallust's speeches of Caes. and Cato into *o. o*
   b. Form Latin questions on life and style of Sallust

IX. Compare, *by Latin questions*, the arguments of Caes., Cato and Cic.

X. Furnish *dicta concatenata* for either of these words during December:
Domicilium. Familia. Navigatio.
Religio. Res Publica.

RESPONSUM.

I will attempt to give, not a positive solution, but a possible one, and as it provides for all the manipulations required, it seems highly probable that it was the one employed. To add, subtract, multiply and divide are the principal points involved. It is evident that much embodied in the metric system was known to them. Their system of notation needed the cipher to simplify it. Although they employed but seven letters to express their numbers, yet the position of the smaller at the left of the larger and the repeating virtually furnished the full nine digits employed in the Arabic notation. Instead, however, of removing a figure to the left one point to read tens, hundreds, &c., a new letter was provided for every tenth and half tenth. They counted to ten and then combined the unit again, as in undecim, duodecim, etc. The same rule was observed in twenty, thirty, etc. By this I wish to show that they did have some idea of the metric system and that substantially their manner of figuring was the same as ours, only it was adapted to their notation.

I claim that all the following represent units, namely, I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII and IX. The following tens, namely, X XX XXX, XL, L, LX, LXX LXXX XC, etc.

Example in addition—

M	DCC	XL	IV
	C	XC	IX
M	CM	XL	III

Example in subtraction—

MM	D	L	VI
M	DC	LX	IX
	DCCC	LXXX	VII

Example in multiplication—

		C	XL	VII
			LXX	VI
		DCCC	LXXX	II
$\overline{X}$		CC	XC	
$\overline{X}$	M	C	LXX	II
		or		
$\overline{XI}$		C	LXX	II

Example in division—

XL } M DCC LX IX { XL IV
M DC

C LX
C LX

IX —Remainder, which can be expressed in the form of a fraction. None of the above calculations are based upon Arabic thought, as problems too intricate to be carried in the mind can be accurately solved, while in the explanations Latin numerals and Latin words only need be used. H. D. T.

[Potsdam (N. Y.) Courier & Freeman.]

"*LATINE*."*

Among the new periodicals of the month we take pleasure in noticing a Latin monthly [would you believe it?] called *Latine*; *i. e* "*in Latin*" * * If you take up *Latine* and *Colloquenda* you will be surprised to find how many beauties of Latin literature have escaped your notice. Take, for instance, the story of Nisus and Euryalus which begins the Nov. *Latine*. Here, condensed into one page of Latin, with quotations of fourteen verses of Vergil, is the charming episode of the Trojan "David and Jonathan" from ninth book of Vergil. Do you know what a pretty story it is? It seems to us that no pupil [or teacher] who has not previously seen it, can look this over without being incited to read more of Vergil than the schools give him; and this, we suppose, is Mr. Shumway's purpose.

Again, we have been told that the Romans had no wit or humor; but who can read "Non Irridicule" without a hearty laugh at Roman humor, and a realizing consciousness that the Scipios were human and as witty as some of us? This Roman "bull" is made to do service in teaching the "indirect discourse," "indirect question," "idiom of verb asking," "locative case," synonymous expressions, etc., * *

The third article is a serial—a blood curdling (!) ghost story from Pliny—"Horribile Dictu!" Part I leaves the ghost just at the door and the reader in suspense. This is neatly used, among other things, to suggest the teaching of Latin questions, of the derivation of words. We like, too, the idea of arousing a more loving study of Horace by printing many of his "burning words," with references Why should the most graceful of poets be thought of as a "man of meters?" The practical side of *Latine* is shown by the translation of the first two chapters of Caesar into the indirect discourse—that bugbear of the student of Caesar.

The line in which *Latine* is working is indicated by the settling of a disputed construction, not by reference to several grammars, but by citations from Caesar, Livy and Cicero. The Latin questions, consisting of an object lesson in first declension and conjugation, map questions, questions on early Roman history (from Livy), can be appreciated only by a practical teacher; but we heartily approve of the spirited method and recommend it to the careful consideration of conscientious teachers.

There remain two departments of practical interest: the *Synonyms* and *Question Box*.—In this number, Potts' "Hints towards Latin Prose Composition" is shown by citations from Latin authors to have made a mistake. Among the questions, we especially notice friend Thatcher's yet unanswered query on Roman notation. It seems to us that this question box will be of great value to teachers—who, we remember, can ask questions.

The method and aim of *Latine* are shown most clearly in the work which Prof. Shumway lays out for the Latin chain, much of which work has already been assumed by Professors in different parts of the land.—The translation of Vergil into prose; of Caes., Cic. and Sallust into indirect discourse and vice versa; the making of English sentences based on the text and to be rendered back into *the author's* Latin; the collecting synonymous expressions or parallel passages from classic prose; all point to a more thorough, because more inductive method.

We wish Prof. Shumway and the Latin chain all success in delivering us from *grammar cant* and *catchwords*.

*"Latine; ephemeris Latina," Potsdam, N. Y.

Friends who have not time to do any of the *chain* work may obtain *Latine*.

We would appeal to all interested in classical studies to join us. Present members will note Prof. Humphrey's letter.

Special rates to clubs.

College professors may help students expecting to teach, by showing them *Latine*.

Members of the *chain* get 20 per ct discount on imported books [German].

Single copies of *Latine*, 25 cts.

Will you give our undertaking your support?

Will you send the names of any who hould be interested in it?

E. S. Shumway,
State Normal School, Potsdam, N. Y.

* * *Catena Latina*, in trefflichster Weise geleitet, sich einer bedeutenden Popularitæt erfreut.—*Der Schillerbund, N. Y., Nov.*

The teachers who are members of the "Latin Chain" are seeking better methods—methods which will infuse into classical study, not only more *interest* but also greater thoroughness. The following expressions are only a few of the many utterances voicing their feeling.

"I feel guilty when I advise a boy to take a full classical course [by the old method], as I think how long he must study to know so little about Latin."

"I am becoming more and more convinced that the old method of teaching Latin is *comparatively* fruitless."

"I have taught Latin for many years—have felt for years the need of more natural modes of teaching."

There are published for the "Latin Chain" during the school year: *Colloquenda*, upon which members, who choose, form Latin questions, which are edited and published in *Latine*. This is a monthly journal whose aim is to aid, in every way, Latin scholarship. To do this it does not merely talk *about* Latin, but furnishes model exercises, material, questions, and answers to questions.

The "Latin Chain" includes teachers in colleges, normal schools, seminaries, academies, high schools and private schools in widely separated parts of the land. All, whether teachers or not, who have a genuine wish to promote classical study, are cordially invited to join the chain. *Et tu quoque?* The membership fee, $2, will, it is hoped, cover expense of printing. It will be the only assessment. But in order to cover expenses it is desirable that the list be largely increased. *We rely upon the efforts of friends.*

As there are more applications here for teachers of Latin than we can supply, we would invite members of the "Chain" who are especially preparing themselves to use the inductive method, and who might like to change their positions, to place their names upon our teachers' list. As our aim is mutual assistance, there will be no charge connected with such registration or assistance.

There will also be an especial provision at this Normal School, during the last ten weeks of the school year, for *teachers'* classes in methods in languages.

Thanks are especially due to E. K. Clark, Springfield, Mass , J. Faison, Raleigh, N. C., S. B. R. Pingree, Poughkeepsie, N. Y., E. H. Rockwell, Wilkesbarre, Pa., Alexander Redd, Millersburg, Ky., C. Sherman, Edinboro', Pa., C. P. Townsend, Worcester, Mass., A. F. Zuellig, Boston Mass.

ERRATUM: III: for *addendas fit* read *addenda sit.*

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

LATINE.

Ephemeris Latina.

SINGULIS MENSIBUS.

FASCICULO TERTIO INSUNT

I-Plini--"Horribile Dictu!" [Alia Pars]
II-Concordia.
III-Asini Aures.
IV-Avaritia.
V-Leo et Mus.
VI-"Gratias Habeo."
VII-Caesariana.
VIII-Divitiaci Pro Gallia Oratio. [*o. r*]
IX-Aeneidos. [Alia Pars. *o. s.*]
X-Synonyma. [Contra Potts.]
XI-"Legem Rogare." [Signif. quam omisit "Harper's."]

EDIDIT E. S. SHUMWAY.

KAL. IAN., - - - - - MDCCCLXXXIII.

POTSDAMI, N. Y.

Courier Print, Potsdam, N. Y.

Fasciculus Primus Continebat

I—NISUS ET EURYALUS.
II—"NON IRRIDICULE."
III—HORRIBILE DICTU! (Pars).
IV—ARDENTIA HORATII VERBA.
V—SCRIPTUM APUD CAES. NOSTRUM EST.
VI—QUAESTIONES IN "A."
VII—DE QUIBUSDAM APUD CAES. LOCIS.
VIII—QUAESTIONES IN RES GESTAS.
IX—SYNONYMA.
X—QUAESTIONES.
XI—SCRIBENDA.

In Fasciculo Secundo Iuerant

I—HORRIBILE DICTU! [Alia Pars.]
II—COLLOQUIA. [Dialogus, Bias, Diogenes, Vulpus et Leo.]
III—MILITIA. [Dicta Concatenata.]
IV—QUAESTIONES IN VERGILI VITAM.
V—AENEIDOS. [*o. s.* cum quaest.]
VI—CAESARIS IN POMPEJUM ORATIO. [Civ. *o. r.*]
VII—CICERO DIXIT QUIRITIBUS. [Cat. II, *o. o.*]
VIII—COLLOQUIA HORATIANA. [I, "Integer Vitae."]
SCRIBENDA, RESPONSUM, LATINE.

For opinion of Press, see "Our Continent," "N. Y. Evangelist," "The Nation," "Chicago Standard," "Kansas Weekly Tribune," "Journal of Education," "The Teacher," "National Baptist," "School Bulletin," "Independent," "The Critic." etc.

See also the opinion of U. S. Com'r of Education, in Dec *Latine*.

LATINE is not a "business venture." The "Latin Chain" is conducted by a teacher. Every member is invited to criticise or suggest. The membership fee ($2.00) secures for the school year—*Latine*, and, if the wish is stated, *Colloquenda*, with the privileges—such as reduced prices for books, etc.—which may be obtained for the "Chain." Single copies of *Latine*, 25 cents. The "Chain" now includes College professors in ten States.

To any friend of Classical study who has not joined us: If *Catena* cannot help you, yet you can assist it; and as its aim is to foster the study of Latin, has it not A RIGHT to your aid? We are sending *Latine* to some who are unable to pay for it. We take this opportunity to thank those who have given for that purpose. We propose to print soon the names of those who have sent in the best work.

It gives us pleasure to announce for February a Latin dialogue, to teach gender of nouns, by Prin. W. C. Collar, of Roxbury Latin School.

To every faithful fellow-teacher we wish a "Happy New Year!"

E. S. SHUMWAY, State Normal School, Potsdam, N. Y.

POTSDAMI, N. Y. **LATINE.** KAL. IAN., MDCCCLXXXIII.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

I.—Plini—HORRIBILE DICTU! [*Pars Tertia.*]

"Mihi frigidus horror
"Membra quatit, gelidus coit formidine sanguis!"
—Verg. III:XXX.

Inde inhabitantibus tristes diraeque noctes per metum vigilabantur: Vigiliam morbus, et crescente formidine, mors sequebatur.

Quales noctes vigilabantur?
A quibus tristes diraeque noctes vigilabantur?
Nonne inhabitantes tristes dirasque noctes per metum vigilabant?
Qua de causa inhabitantibus dirae noctes vigilabantur?
Cur metus inhabitantibus erat?
Nonne inde vigilabant?
Unde vigilabant?
Estne bonum noctu vigilare?
Eratne boni imaginis noctu vigilare?
Vellesne eam domum habitare?
Nonne morbus longas vigilias saepe sequitur?
Nonne morbus eam vigiliam longam inhabitantium sequebatur?
Quorum morbus sequebatur?
Nonne formido indies crescebat?
Quorum formido crescebat?
Crescitne tua formido?
Nonne bonum est fortitudinem crescere?
Estne tibi satis fortitudinis?
Estne bonum multum fortitudinis habere?
Nonne fortitudo et formido contraria sunt?
Nonne Plinius dicit mortem morbum secutam esse?
Num mors morbum nisi formido crevisset secuta esset.
Cur mors eum morbum sequebatur?
Nonne mors saepe magnam formidinem secuta est?
Nonne tempus et locus homines audaces saepe timidos reddit?

ORDIA.

In eodum prato pascebantur tres boves in maxima concordia, et sic ab omni ferarum incursione tuti erant. Sed dissidio inter illos orto, singuli a feris petiti et laniati sunt. Fabula docet quantum boni sit in concordia.

Quo in loco pascebantur boves?
Num quattuor boves in eodem prato pascebantur?

Pascebanturne in maxima discordia?
Num boves inter se contendebant?
Nonne boves in prato in concordia pasci videre solemus?
Num ferae cum bobus pascebantur?
Quare boves a feris tuti erant?
Quare ferae iis bobus metuendae non erant?
Nonne dicitur boves ab omni ferarum incursione tutos fuisse quod pascerentur in maxima concordia?
Quid inter eos ortum est?
Scisne quare dissidium inter eos ortum sit?
Inter se dissidebant, et discordabant, nonne?
Dissidio orto, ferae singulos petiverunt et laniaverunt, nonne?
Essentne boves laniati nisi inter se contendissent?
Nonne Themistocles dixit Graecos universos hostibus pares esse posse, dispersos perituros?

III—ASINI AURES.

Asinus, pelle leonis indutus, territabat homines et bestias tamquam leo esset. Sed forte, dum se celerius movet, aures eminebant; unde agnitus in pistrinum abductus est, ubi poenas petulantiae dedit. Haec fabula stolidos notat, qui immeritis honoribus superbiunt.

Asinus homines et bestias territabat, nonne?
Quam induit asinus?
Territabat homines ut leo?
Territatne homines leo?
Nonne timor Germanorum mentes animosque militum Caesaris perturbavit?—Caes. B. G., I: XXXIX.
Num territat homines asinus?
Qua de causa asinus ut leo territabat?
Asinus pelle leonis indutus est, nonne?
Potestne asinus pelle leonis indutus territare?
Num potest asinus pelle ipsius indutus territare?
Territabatne hic asinus tamquam leo esset?
Eratne leo? Estne indutus ut leo?
Ergo leo videbatur, nonne?
Estne leo bestia? Et asinus quoque?
Quot bestias in Colloquendis vidistis?
Dic mihi bestias quarum nomina scis?
Potestne leo omnes bestias territare?
Et asinus dum pelle leonis indutus est?
Postea asinus agnitus est, nonne? Unde agnitus est?
Quales aures habet asinus?
Quando aures eminebant?
Se movebat celeriter nonne?
Movebatne celerius?
Quorsum celerius movebat?
Num celerius movebat ut aures eminerent?
Aures forte eminebant dum se celerius movebat, nonne?

Videruntne homines et bestiae aures eminentes?

Estne asinus eo modo agnitus?

A quibus agnitus est? A perterritis?

Quo abductus est misellus asinus?

In pistrino quid fecit? Estne fatum hujus asini malum?

Quae erat ei petulantia? Faciebatne tamquam leo esset?

Quos notat haec fabula?

Suntne capella et asinus et haedus stolidi?

Num sunt leones et lupi et vulpes stolidi?

Inter bestias fabula stolidos potest notare, nonne?

Sed non inter homines? Qui immeritis honoribus superbiunt?

Suntne stolidi immerentes honorum?

IV—AVARITIA.

Mulier quaedam habebat gallinam, quae ei quotidie ovum pariebat aureum. Hinc suspicari coepit, illam auri massam intus celare, et gallinam occidit. Sed nihil in ea reperit, nisi quod in aliis gallinis reperiri solet. Itaque dum majoribus divitiis inhiabat, etiam minores perdidit.

Nonne erat cuidam mulieri gallina quae ovum aureum quotidie ei pariebat?

Mulierne talibus divitiis contenta?

Sapientesne divitias parvi aestimant?

Nonne Stoici parvo bene vivere poterant?

Legisne nonnunquam apud Marcum Aurelium, Stoicum?

Nonne Vergilius canit sacram auri famem ad scelera mortalia pectora cogere?

Quare mulier pretiosam gallinam interfecit?

Num causa occidendae gallinae tibi videtur?

Num, gallina occisa, massam auri reperit?

Nonne tanta spe praedae dejecta sunt?

Nonne Cicero dicit nihil esse tam angusti animi tamque parv quam amare divitias?

Putasne multos hujus mulieris similes nunc esse?

V—LEO ET MUS.

Leo magnus dormiebat in silva; prope ludebant mures et incaute unus nasum leonis tetigit. Leo experrectus murem corripit. Tum mus oravit eum: *Da mihi veniam, gratus tibi ero.* Leo respondet: *O misera bestiola, quid tu mihi proderis? Sed ignoscam tibi et dimittam te, nam leones sunt generosi. Effuge.* Mus effugit. Paulo post leo praedam quaerens, inciderat in laqueos. Fremebat maxime. Cito mus, qui fremitum audiverat, accurrit. Acutis dentibus laqueorum nodos rodit et laqueos solvit. En parvus mus liberat magnum leonem.

Quis dormiebat in silva?

Nonne mures erant in eodem silva?

Dormiebantne mures?

Quid faciebant mures?

Nonne dicitur murem tetigisse nasum leonis dormientis?

Naso tacto nonne leo experrectus est?
Quem corripit leo experrectus?
Quid oravit mus leonem?
Nonne mus dixit se gratum leoni futurum esse si sibi venia daretur?
Quid mus leoni proderit?
Estne mus misera bestiola?
Quare leo murem dimittit?
Arbitrarisne leones esse generosas bestias?
Dum leo praedam quaerit in laqueos incidit, nonne?
Num leo silebat?
Quis fremitum audit?
Quid mus audiens facit?
Quomodo nodos rodit?
Nonne dentes muris acuti sunt?
Nonne mus parvus leoni magno proderat?

VI—"GRATIAS HABEO."

In faucibus lupi os inhaeserat. Mercede igitur conducit gruem. qui illud extrahat. Hoc grus longitudine colli facile effecit. Quum autum mercedem postularet, subridens lupus et dentibus infrendens. *Num tibi*, inquit, *parva merces videtur, quod caput incolume ex lupi faucibus extraxisti*?

Quid in faucibus lupi inhaeserat?
Lupusne os extrahere poterat?
Quam lupus ad os extrahendum conduxit?
Pollicebaturne lupus se grui mercedem daturum?
Num lupis in animo erat mercedem promissam dare?
Suntne qui mentiantur?
Credisne gruem metuisse ne merces sibi deesset?
Ausane est lupum mercedem rogare?
Nonne lupus, dentibus infrendens gruem terore et periculo mortis repellere voluit?
Nonne quaerebat mercesne parva grui videretur, quod caput incolume ex faucibus lupi extraxisset?
Num malefici alicui pro ejus meritis gratiam referre volunt?
Quis dubitet quin ingratos mendacesque sperni oporteat?

VII—CAESARIANA.

Bellum scripsit quod ipse cum Gallis et Germanis gessit.—Sall. J, 6. Omnis Gallia ad septentriones vergit.—Caes. IV, 20. Civitatem esse omnem in armis.—Caes. VII, 32. Cum hic (vicus) in duas partes flumine dividerctur.—III, 1-6. Omnis civitas Helvetia in IV pagos divisa est.—I, 12, 4. Divisum senatum, divisum populum. —VII, 32 (Cf. Cic. Lael, 12, 41). Intelligere se (Massilienses) divisum esse populum Romanum in duas partes. Duas leges promulgavit, unam...aliam...—B. C. III, 21. Genera Asiaticae dictionis duo sunt: unum...aliud...—Cic. Brutus, 95. Caesar reperiebat: plerosque Belgas esse ortos ab Germanis.—II, 4. Dispari genere, dissimili lingua.

Sall. C, 5. Iisdem legibus utuntur.—Caes. G, II, 3. Natura gens Gallica bellicosa erat.—Sall. C, 40. Plurimum in bello poterant.—Caes. G. II, 4. Homines feri, magnaeque virtutis.—Id. II, 15. Longe bellicosissimi.—Id. IV, 1. Continenter in armis erant.—Id. III, 28. Semper erant in armis.—Id. II. 28. Exercitatissimi in armis. Id. I, 36. Helvetii cum Germanis saepenumero congressi, non solum in suis, sed etiam in illorum finibus, plerumque eos superaverunt.—Id. I, 40. Quotidianas contentiones cum Germanis habebant.—Id. I, 44. Sic usus belli non intermittitur. Id. IV, 1. In ipsis fluminis ripis proeliabantur.—Id. II, 23. Bellum inferebant et defendebant. —Id. I, 44. Nullus fere aditus erat ad eos mercatoribus, neque patiebantur eas res inferri, quibus relanguescere animos et remitti vir' tutem existimarent.—Id. II, 15. Vinum ad se omnino importari non sinebant, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effeminari arbitrabantur.—Id. IV, 2. Paulo humaniores erant Galli. Id. IV, 3. Propter propinquitatem Provinciae moribus magis sunt assuefacti.—Id. Corruptis moribus Respublica ex pulcherrima pessima et flagitiosissima facta erat.—Sall. C, 5. Luxu atque desidia civitas corrupta.—Id. 53. Luxuriose vivebant.—Id. 11. In otio, magnifice molliterque vivebant.—Id. 17. Corpus animumque virilem effeminant.—Id. 11. Jugurtha, rex Numidarum, postquam Roma egressus est, fertur saepe dixisse: "Urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit.—Sall. J, 35.

VIII—DIVITIACI PRO GALLIA ORATIO AD CAESAREM: [*B.G., I:31.o.r.*]

Galliae totius factiones sunt duae, harum alterius principatum tenent Haedui, alterius Arverni. Hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum est, uti ab Arvernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur. Horum primo circiter milia quindecim Rhenum transierunt; posteaquam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamaverant, traducti sunt plures; nunc sunt in Gallia ad centum et viginti milium numerum. Cum his Haedui eorumque clientes semel atque iterum armis contenderunt; magnam calamitatem pulsi acceperunt, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amiserunt. Quibus proelis calamitatibusque fracti, qui et sua virtute et populi Romani hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuerant, coacti sunt Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis, et jurejurando civitatem obstringere sese neque obsides repetituros, neque auxilium a populo Romano imploraturos, neque recusatoros quo minus perpetuo sub illorum dicione atque imperio essent. Unus sum ex omni civitate Haeduorum qui adduci non potuerim ut jurarem, aut liberos meos obsides darem. Ob eam rem ego ex civitate profugi et Romam ad senatum veni auxilium postulatum, quod solus neque jurejurando neque obsidibus tenebar. Sed pejus victoribus Sequanis quam Haeduis victis accidit propterea quod Ariovistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedit tertiamque partem agri Sequani, qui est op-

timus totius Galliae, occupavit, et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere jubet, propterea quod paucis mensibus ante Harudum milia hominum viginti quattuor ad eum venerunt, quibus locis ac sedes parentur.

Dies concilio totius Galliae constituta est, nonne?

Eo concilio dimisso, qui reverterunt ad Caesarem?

Quid petierunt?

Quibus verbis usi sunt?

Quomodo Caesari ad pedes projecerunt?

Nonne contendunt et laborant ne ea quae dixerint enuntientur?

Contenduntne quoque ut ea quae velint impetrant?

Qua de causa?

Videntne si ea quae dixerint enuntiata sint summum in cruciatum sese venturos?

Quis pro his locutus est?

Quot factiones sunt totius Galliae?

Nonne Divitiacus dicit totius Galliae factiones esse duas?

Nonne totius Galliae factiones sunt duae?

Qui harum alterius principatum tenent? Qui alterius?

Nonne hi inter se contendebant?

Nonne Germani arcessebantur?

Nonne factum est uti ab Arvernis Sequanisque Germani arcesserentur?

Cum multos annos contendebant, quid factum est?

Nonne hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent factum est uti ab Arvernis Sequanisque Germani arcesserentur?

Nonne Divitiacus dixit hi cum tantopere de potentatu inter se contenderent factum esse uti ab Arvernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur?

Quot milia Germanorum primo Rhenum transierunt?

Suntne traducti plures?

Quando traducti sunt plures?

Nonne agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamabant?

Nonne posteaquam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamarant traducti sunt plures?

Nonne Divitiacus dixit posteaquam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent traductos esse plures?

Quot milia Germanorum, Divitiaco loquenti, sunt nunc in Gallia? Qui numerus Germanorum est nunc in Gallia?

Quem ad numerum eos esse dicit Divitiacus?

Nonne cum Germanis contenderunt Aedui eorumque clientes?

Nonne Divitiacus dicit cum his Germanis Aeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse?

Nonne Aedui eorumque clientes pulsi sunt?

Nonne pulsi magnam calamitatem acceperunt?

Quos amiserunt?

Nonne omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amiserunt?

Nonne dictum a Divitiaco magnam calamitatem pulsos eos accepisse omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse?

Nonne ante plurimum potuerunt Aedui et sua virtute et populi Romani hospitio atque amicitia?

Quibus rebus fracti sunt Aedui?

Quid facere coacti sunt?

Nonne Aedui fracti coacti sunt Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis et jurejurando civitatem obstringere sese neque obsides repetituros neque auxilium a populo Romano imploraturos neque recusaturos quo minus perpetuo sub illorum dicione atque imperio essent?

Juravitne Divitiacus?

Deditne ille liberos suos obsides?

Nonne Divitiacus unus fuit ex omni civitate Aeduorum qui adduci non potuisset ut juraret aut liberos suos obsides daret?

Nonne Divitiacus dicit: "Unus sum ex omni civitate Aeduorum qui adduci non potuerim ut jurarem aut liberos meos obsides darem?"

Quamobrem ex civitate profugit? Quorsum Romam venit?

Qua de causa Divitiacus auxilium postulare potuerat?

Nonne a Divitiaco dicitur: "Ob eam rem ex civitate profugi et Romam ad Senatum veni auxilium postulatum quod solus neque jurejurando neque obsidibus tenebar?"

Nonne pejus victoribus Sequanis quam victis Aeduis accidit?

Nonne Ariovistus rex Germanorum in eorum finibus consedit?

Nonne Ariovistus tertiam partem agri Sequani qui est optimus totius Galliae occupavit?

Nonne Harudes ad eum venerunt?

Nonne Harudibus locus ac sedes parentur?

Nonne Ariovistus nunc de altera parte tertia Sequanos decedere jubet propterea quod paucis mensibus ante Harudum millia XXIII ad eum venerunt quibus locus ac sedes parentur?

Pellenturne omnes ex Galliae finibus?

Transibuntne Rhenum omnes Germani?

IX—AENEIDOS: I. ORATIONE SOLUTA.

Antiquis temporibus coloni e Tyriis profecti urbem in ora Africae, Italiae adversam, cui Carthagini nomen erat, rerum luxuriae pertinentium abundantem et gloria bellica insignem condiderunt; ubi templum Junoni, effigie insignibusque deae ornatum, incolae aedificaverunt; quam urbem Juno tanto amore diligebat, ut nihil supra posset;—illa Samos, sua ipsius insula, non tantae curae sibi erat—quam etiam jam diu sperabat, si liceret, imperii gentium omnium potituram; metu autem non solum commota, quod sibi nuntiaretur populum Trojana stirpe, superbum ob multas gentes victas, lege fati inexorabili urbem sibi carissimam deleturum, sed autem recordatione

antiqui belli, quo ipsa partibus Graecorum faverat,—neque sibi deerant aliae causae odii in Trojanos; nec contumeliae enim a Paride acceptae, nec honores famulae suae adempti Ganymedique concessi, nec veteris criminis generis oblivisci potuit;—dea Trojanos, quibus Achilles exercitusque Graecorum pepercerant, ad regiones a Latio remotissimas propulsabat, ut multos annos, quasi fatis acti, longe lateque vagarentur: tanto labore opus erat gentis Romanae conditoribus.

Unde coloni, qui Carthaginem condiderunt, profecti sunt?
Nonne Carthago rerum luxuriae pertinentium abundans erat?
Nonne Carthago rebus luxuriae pertinentibus abundabat?
Nonne Carthago rebus luxuriae pertinentibus abundans, et bellica gloria insignis erat?
Quid in hac urbe ad honorandam Junonem incolae aedificaverant?
Quibus rebus hoc templum ornaverant?
Nonne Juno Carthaginem miro amore colebat?
Nonne Samos insula Junoni sacra erat?
Quis Samius ortu, una et Samon et dominos fugit, odioque tyrannidis exsul sponte erat? (Ov. M. XV, 60.)
Carthaginemne an Samon magis Juno colebat?
Nonne Juno sperabat, Carthaginem imperii orbis terrarum potituram?
Nonne Cicero dixit, deos Romam urbem pulcherrimam florentissimamque totius orbis esse voluisse? (Cic. Cat. 2, 18.)
Nonne Juno verebatur, ut Romani imperii orbis terrarum potituri essent?
Quae causa Junoni hoc timendi?
Nonne nuntiiatum erat, populum superbum, stirpe Trojana ortum, multis gentibus victis, Carthaginem deleturum?
Nonne Jupiter pollicitus erat, Junonem ipsam Romanos, rerum dominos, gentemque togatam foturam?
Num Juno antiqui belli, quo partibus Graecorum faverat, oblita est?
Deerant ei aliae causae odii in Trojanos?
Nonne Juno Trojanos ad regiones a Latio remotas propulsabat?
Nonne multos annos longe lateque Trojani vagabantur?

*X—SYNONYMA: *Agricultura, Cultus agrorum.*

Agricultura: Caes. B. G. VI, 22; IV, 1.
Cic. Off. I, 42, 151, Sen. 15.
Cultus agrorum: Liv. IV, 12.
Cic. Nat. De. I, 60, 150.
(*Agricultio:* Cic. Sen. 16. Verr. 2, II, 3, 97.)

*Contra Potts, p. 30.

XI—"LEGEM ROGARE."

Legem rogare undoubtedly means "to propose a bill." But in Cic. in Cat. I, 11, the meaning is plainly "to enact a law." This is not noticed in the new Harper's *Lexicon*. W. C. Collar.

[Prin. Collar expresses a wish for a department of citations of colloquial idioms; also for notes on uses of words, constructions, etc. His wish shall be incorporated in the next *Scribenda*.]

"I feel that I am already greatly profited by my connection with 'Catena,' and that thereby I am able to give more zest and inspiration to my classes. You are certainly doing a grand work in your field of literary culture."—Pres't John Washburn, Ewing College. "The energetic and spirited way in which you have inaugurated and carried out your plan for promoting a more general and accurate knowledge of Latin among teachers and students deserves great praise."—Dr. E. R. Humphreys, Boston. "I will try to do some of the work suggested, especially in the line of conversation. I know I shall find it stimulating, and I think I shall try it occasionally next term with my classes."—Prof. Atwater, Indiana Univ. "I wish to express my hearty approval. Such work as yours, it seems to me, will do much towards correcting the unreasoning and unreasonable prejudice that exists against classical studies "—S. A. Ellis, Sup't of Schools, Rochester, N. Y. "I like the Latine."—Dr. Tobey, Shorter College, Ga. "Like the Latine for the suggestions."—Prof. H. C. Smith, Naperville, Ill. "Please enroll me."—Prof. G. E. Barber, Univ. of Nebr. "Any effort to spread and enliven the study of Latin is worthy of help."—Prof. A. P. Greenleaf, Racine, Wis. "More than fulfils expectations."—S. R. B. Pingree, Poughkeepsie. "I appreciate the need of such work as you are doing."—Prof. R. W. Temple, Upper Iowa Univ. "I like them very much."—L. N. Smith, New Bedford, Mass. "Am interested in all that pertains to improved methods of instruction "—Prof. H. A. Clifford, New Orleans Univ., La. "Useful, especially in making the Latin seem more of a living language."—C. T. Bonney, New Bedford High School. "Should like to subscribe to your Latine."—G. W. C. Noble, Public Latin School, Boston. "Heartily wish you success."—W. C. Collar, Roxbury Latin School. "No teacher, however experienced or successful, ought to do without it."—C. P. Townsend, Worcester, Mass. "We wish for it the greatest possible success."—Ginn, Heath & Co. "I am pleased with it. My boys in Latin have enjoyed reading it." —Prof. Milton Park, Mexia, Texas. "I hope that the enclosed very insignificant sum in payment of my dues in so laudable an undertaking, as stimulating the indifferent or the lazy, may not be returned." —Chas. Jewett Collins, Bradford Mansion School, Rye, N. Y. "I hope it ("Latine") will receive a hearty support."—Prof. Minton Warren, Johns Hopkins Univ., Baltimore. "Will awaken new interest in the study of Latin, and will in many cases bring an enthusiasm and a pleasure which cannot easily be secured in any other way, and which will be of inestimable value in promoting a knowledge of the language, as well as the attendant discipline of the mind."—Prof. Samuel Brooks, Kalamazoo Coll., Mich. "I hail your movement as destined to vitalize the study of Latin."—C. N. Ehrenfeld (late Librarian Penna. State Library), Wittenberg College, Springfield, Ohio. "I am delighted with the 'Latine.' Just the thing I want. Several of the teachers in the Public Schools, to whom I have shown them, say the same. Enclosed find $10, for which send the 'Latine' to the enclosed addresses. This is the fruit of a few minutes work last week."—Charles H. Penfield, Cleveland, O.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

LATINE.

Ephemeris Latina.

SINGULIS MENSIBUS.

FASCICULO QUARTO INSUNT

I—Plini—"Horribile Dictu!" [Pars Quarta.]
II—Aenigma Historicum. [Parvulis.]
III—Horner Jacculo. [Parvulis.]
IV—Imitatio. [Parvulis.]
V—Dialogus de Generibus Nominum.
VI—Divitiaci Pro Gallia Oratio. [*o. r*]
VII—Caesaris Mandata ad Pompejum.
VIII—Aeneidos. [Pars Tertia. *o. s.*]
IX—Cicero Dixit Quiritibus. [In Cat. II, *o. o.*]
X—Synonyma. [De Bello Gallico.]
XI—Aliquot Idiomata ex Laelio Ciceronis.
XII—Laus. [ex epistola.]

EDIDIT E. S. SHUMWAY.

KAL. FEB., - - - - MDCCCLXXXIII.

POTSDAMI, N. Y.

Courier Print, Potsdam, N. Y.

"In no other way can so rapid and thorough advance be made in learning Latin as in this."—*The Examiner, N. Y.*

"It (Latine) inspires the rather discontented query—'why cannot some of us be young again so as to learn Latin and some other languages by the new methods.'"—*The Standard, Chicago.*

"Admirably serves the purpose of an examination paper."—*The National Baptist, Phila.*

"If any our friends want to become proficient in the Latin tongue, we commend to them Professor Shumway's Latine."—*Journal and Messenger, Cincinnati.*

"The little monthly seems destined to do good "—*The Critic, N. Y.*

"It is the result of a determination to make Latin an interesting and popular study, and the editor * * has already had most exceptional success with pupils."—*Our Continent, Phila.*

"There can be no question of its efficacy as an accompaniment to advanced instruction; and we should judge the contents of this little sheet is well adapted to the end in view."—*The Nation*, N. Y.

"Latine * * contains material for work of all grades. A class of work that practically denies that Latin is a dead language."—*Journal of Education, Boston.*

"We are confident that in tho hands of skilful teachers it may be the means of infusing a new ardor into their pupils."—*The Teacher, Phila.*

"Prof. Shumway seems to be as practical as enthusiastic a Latin scholar. * * The monthly can, no doubt, be employed to great advantage by teachers of Latin and be a help to students."—*The Alliance, Chicago.*

"It is a good and great work."—*The Natural Method, N. Y.*

"*Catena Latena*, in trefflichster. Weise geleitet, sich einer bedeutenden popularitaet erfreut."—*Der Schillerbund.*

"It (Latine) will infuse much life into the study of the classics and lead to an acquaintance with what is best in the Roman civilization."—*W. T. Harris. L. L. D. Editor Journal Specalative Philosophy.*

"I have looked over Latine with great pleasure."—*George William Curtis.*

"It meets a want that I have long known to exist."—*P. V. Hickey, Editor Catholic Review.*

See also *Albany Times, School Bulletin, Canadian Educational Monthly, N. Y. Evangelist, The Courier & Freeman, Good Literature, The Athenæum, The Independent, Kansas Weekly Tribune, St. Lawrence Herald, Iowa Central School Journal, etc.*

LATINE is not a "business venture." The "Latin Chain" is conducted by a teacher. Every member is invited to criticise or suggest. The membership fee [$]2.00 secures for the school year—*Latine*, and, if the wish is stated, *Colloquenda*, with the privileges—such as reduced prices for books, etc.—which may be obtained for the "Chain." Single copies of *Latine*, 35 cents. The "Chain" now includes College professors in fifteen States, and instructors in preparatory schools in nearly every State in the Union.

E. S. SHUMWAY, State Normal School, Potsdam, N. Y.

POTSDAMI, N. Y.

LATINE.

KAL. FEB., MDCCCLXXXIII.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

I—Plini—HORRIBILE DICTU! [*Pars Quarta.*]

Nam interdiu quoque, quamquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat; longiorque causis timor erat.

Nonne imago mane abscedebat?
Num interdiu apparebat? Nonne interdiu aberat domo?
Quo abscesserat? Scisne quo abscessisset?
Nonne formido relinquebatur?
Nonne memoria imaginis relinquebatur?
Nonne forma imaginis memoria tenebatur?
Nonne *memoria imaginis* oculis inerrabat?
Nonne imago *oculis memoriae* videbatur?
Nonne noctu idolon in domo inerrabat?
Quando senex catenas quatiens domui inerrabat?
Nonne forma senis horrenti capillo tuis oculis inerrat?
Nonne timor imaginis longus erat?
Nonne timor manebat postquam causa timoris abscesserat?
Nonne timor erat longior quam causae timoris?
Nonne timor longior erat causis?

II—AENIGMA HISTORICUM.

Femina sum et mortua. Multos annos sum mortua: regina fui. Virgineam reginam appellari me volui. Multos annos regnavi: imperium gloriosissimum habui.

Multi scriptores, poetae, philosophi me regnante vixerunt.

Melior regina quam femina fui. Femina laudis avida, zelotypa, subdola fui; regina fortis, sapiens, patriae amans.

Tametsi maxima et honorum plena, infelix sum mortua.

Inimicae filium heredem meum feci.

Quis dicet quae sim?

III—"HORNER JACCULO."

Horner Iacculo sedit in angulo
Vorans, ceu serias ageret ferias,
Crustum dulce et amabile:
Inquit et unum extrahens prunum—
"Horner, quam fueris nobile pueris
Exemplar imitabile!"

—*Arundines Cami.*

IV—IMITATIO.

Discite, o parvuli,
Malum Fatum Asini.
Dum manducat carduos
injucundos, horridos,
secum dixit asinus:
Catulus est callidus;
maximo cum studio
adulatur domino.
Semper ille frustula
accipit egregia;
collaudatur, permulcetur,
atque gremio fovetur.
Ego semper commoda
comparavi maxima
huic ingrato domino,
huic superbo catulo:
neque vero abstuli
umquam quidquam praemii,
nisi parum hordei
O superbe domine!
O beate catule!
Me tractatis pessime.
Numquam beneficiorum
erga hanc familiam
maximorum, variorum
praemium accipiam?
Dantur frusta catulis?
Nihil datur asinis?
Si conservum imitabor,
ego quoque adamabor.
Dixit: intrat atrium,
ubi videt dominum.
Lingua lata asini
lambit nasum, oculos,
lambit mentum, digitos
domini perterriti.
Statim erus irritatus,
perturbatus, et vexatus,
vocat suos famulos
numerosos, validos.
Mox accurrunt famuli,
et miselli asini
dorsum petunt baculis,
saxis, lignis, gladiis.
Valde erus est iratus;
male asinus mulcatus
clauditur in stabulo
et privatur hordeo.

Quis discit? Nonne latinam discis?
Nonne vos, O parvuli, latinam discitis?
(Es parvulus. Estis parvuli.) Cujus fatum est malum?
Nonne fatum asini malum est? Scisne fatum asini?
(Dum fatum dico, discite. Vobiscum, O parvuli, dico)
Manducatne asinus? Quos manducat asinus?
Quis manducat carduos?
Quales carduos manducat asinus?
Nonne carduos vidistis? Num cardui jucundi sunt?
Nonne horridi sunt? Nonne asinus secum dixit?
Quis secum dixit? Quocum dixit asinus?
Dixitne secum dum manducat carduos?
Quando secum dixit? Quid dixit asinus?
Nonne asinus multa dixit?
(Lege versos quos dixit asinus.) Qualis est catulus?
Quomodo catulus est callidus?
Nonne catulus est parvulus? Num catulus est magnus?
Nonne asinus est major quam catulus?
Uter major est, catulus an asinus?
Nonne catulus domino adulatur?
Quis domino adulatur? Num catulus asino adulatur?
Quomodo catulus domino adulatur?

Nonne maximo cum studio? Quis frustula accipit?
Qualia frustula accipit catulus?
Quando catulus frustula accipit egregia?
Quis catulo frustula dat? Quis collaudatur?
Quis permulcetur? Quis fovetur?
Nonne catulus collaudatur a domino?
A quo permulcetur?
Nonne catulus gremio domini fovetur?
Num asinus collaudatur, permulcetur atque gremio fovetur?
Quis catulum collaudat? Permulcet?
Num dominus asinum permulcet?
Quis commoda semper prravit?
Qualia commoda comparavit asinus?
Cui commoda maxima comparavit asinus?
Quali domino commoda maxima comparavit?
Comparavitne maxima commoda catulo? Quali catulo?
Abstulitne asinus quidquam praemii?
Nonne parum hordei abstulit?
Nonne asini hordeum manducant?
Estne parum hordei multum praemii?
Nonne dominus ingratus est? Quare catulus est beatus?
Quod frustula egregia sunt multum præmii, nonne?
Nonne catulus est calidus, superbus, beatus?
Nonne dominus asinum pessime tractat?
Nonne asinus a catulo pessime tractatur?
Qui asinum pessime tractant?
Nonne beneficia asini erga hanc familiam maxima et varia sunt?
Num praemium beneficiorum accepit?
Quot catuli sunt in fabula? Quot asini?
Quae dantur catulis? Quid datur asinis?
None catulus est conservus asini?
Quem asinus imitabitur? Adamabiturne asinus quoque?
Nonne asinus intrat atrium domus?
Nonne dominum in atrio videt?
Nonne dominus sedet in atrio?
Quem videt asinus sedentem in atrio?
Lingua asini lambit dominum, nonne?
Nonne asinus ridiculus est? Quis est perterritus?
Irritatus? Perturbatus? Vexatus?
Quos erus statim vocat?
Nonne famuli numerosi et validi mox accurrunt?
Cujus dorsum baculis petunt? Et saxis?
Estne asinus beatus? Quare asinus est male mulcatus?
Ubi clâuditur? Quo privatur?
Nonne fatum est malum?

V—DIALOGUS DE GENERIBUS NOMINUM.

MAGISTER ET DISCIPULUS.

M. Unde, mi puer, initium capit pensum hodiernum?

D. * Pensum hodiernum initium capit a pagina vicesima.

M. Quae in penso tractantur?

D. Tractantur nominum genera primae, secundae, tertiae declinationis.

M. Jam reperiamus si interrogationibus meis respondere possis.

D. Operam quidem dabo, nam diligentissime studui.

M. Quam regulam de genere nominum primae declinationis invenis?

D. Nomina primae declinationis in *a* desinentia sunt feminina.

M. Recte. Non omnia autem in *a* desinentia sunt feminina; ut, agricola, auriga, nauta, conviva multaque alia. Nonne haec quoque sunt generis masculini?

D. Certo, magister, et haec et omnia quae maribus solis conveniunt sunt generis masculini.

M. Optime, sed quid habes quod de voce 'homo' seu 'fur' dicas? Nonne feminae quoque, quae surripiant, fures nominantur?

D. Ista sunt; et ut jam recordor, multa nomina, quae utrumque sexum includunt, sunt generis masculini, si masculinum tantum adjectivum admittunt.

M. Quod ad regulam tuam attinet, ut redeamus, apud Plinium nomen 'Sequana,' (Galliae flumen) masculini generis invenio.

D. Sequana sub hac altera regula continetur: masculina sunt nomina fluviorum, ventorum, mensium, montium.

M. Tamen quibusdam in editionibus legimus "Aetna sacra," "Pelion altum." Num sunt errores?

D. Minime; quamvis, ni fallor, apud Ovidium "Altus Pelion" quoque dicitur. Re vera multa cum fluviorum tum montium nomina in *a, e, um* exeuntia genus suum ex terminatione accipiunt.

M. Dic mihi, puer, quod vocabulum apud Vergilium a regula excipiendum sit?

D. Talpa. Itane est?

M. Recte. Quo modo currit versus Vergilianus?

D. "*Aut oculis capti fodere cubilia talpae.*"

M. Optime. Per quam vocem Anglice vertas "oculis capti"?

D. Fortasse '*purblind.*'

M. Satis est; reliquum pensum in diem posterum est proferendum. In praesentia diligentiam tuam vehementer comprobo. Profecto diligentissime studuisti.

VI—DIVITIACI PRO GALLIA ORATIO. [*o. r. Finis.*]

Futurum est paucis annis, uti omnes ex Galliae finibus pellantur atque omnes Germani Rhenum transeant; neque enim conferendus est Gallicus cum Germanorum

* Task, V. Quint, III. 7, 6.

agro neque haec consuetudo victus cum illa comparanda est. Ariovistus autem ut semel Gallorum copias proelis vicit, quod proelium factum est ad Magetobriam, superbe et crudeliter imperat, obsides nobilissimi cujusque liberos poscit, et in eos omnia exempla cruciatusque edit si qua res non ad nutum aut ad voluntatem ejus facta sit. Homo est barbarus, iracundus, temerarius: non potest ejus imperia diutius sustinere. Nisi si quid in Caesare populoque Romano sit auxilii, omnibus Gallis idem est faciendum quod Helvetii fecerunt ut domo emigrent, aliud domicilium, alias sedes, remotas a Germanis, petant, fortunamque, quaecumque accidit, experiantur. Haec si enuntiata Ariovisto sint, non dubito quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, gravissimum supplicium sumat. Tu, Caesar, vel auctoritate tua atque exercitus, vel recenti victoria, vel nomine populi Romani, deterre potes, ne major multitudo Germanorum Rhenum transductum, Galliamque omnem Ariovisti injuria potes defendere.

Estne futurum paucis annis, uti omnes ex Galliae finibus pellantur atque omnes Germani Rhenum transeant?

Nonne Divitiacus dixit futurum esse paucis annis, uti omnes ex Galliae finibus pellerentur atque omnes Germani transirent?

Num est Gallicus cum Germanorum agro conferendus aut haec consuetudo victus cum illa comparanda?

Nonne Ariovistus Gallorum copias proelio vicit?

Nonne hoc proelium Admagetobrigae est factum?

Nonne Ariovistus superbe et crudeliter imperat obsides nobilissimos cujusque liberos poscit?

Nonne ille in obsides omnia exempla cruciatusque edit si qua res non ad nutum aut ad voluntatem ejus facta est?

Homo est barbarus, iracundus, temerarius: intelligisne?

Nonne Divitiacus dicit? "Non possumus ejus imperia diutius sustinere?"

Estne multum in Caesare populoque Romano auxilii?

Nonne omnibus Gallis aliquid est faciendum?

Nonne Helvetii domo emigraverunt?

Nonne nisi si quid in Caesare populoque Romano sit auxilii omnibus Gallis idem est faciendum quod Helvetii fecerunt, ut domo emigrent, aliud domicilium, alias sedes remotas a Germanis petant, fortunamque accidat, experiantur?

Enuntiabunturne haec Ariovisto?

Nonne haec si enuntiata Ariovisto sint, de omnibus obsidibus qui apud eum sunt gravissimum supplicium sumet?

Dubitatne Divitiacus, haec si enuntiata Ariovisto sint, quin de omnibus obsidibus qui apud eum sint gravissimum supplicium sumat?

Nonne Divitiacus dicit: "Haec si enuntiata Ariovisto sint, non dubito quin de omnibus obsidibus qui apud eum sint, gravissimum supplicium sumat?"

Nonne Divitiacus dicit Caesarem deterrere posse ne major multitudo Germanorum Rhenum traducatur?
Nonne Divitiacus dicit: "Tu, vel auctoritate tua atque exercitus vel recenti victoria, vel nomine populi Romani, deterere potes ne major multitudo Rhenum traducatur?"
Nonne Divitiacus dicit: "Tu Galliam omnem ab Ariovisti injuria potes defendere?"

VII—CAESARIS MANDATA ad POMPEJUM. B. Civili, I. IX. (*o. r.*)

Mihi semper reipublicae prima fuit dignitas vitaque potior; dolui quod populi Romani beneficium mihi per contumeliam ab inimicis extorquebatur, ereptoque semenstri imperio, in urbem retrahebar cujus absentis rationem haberi proximis comitiis populus jussis et; tamen hanc jacturam honoris mei reipublicae causa aequo animo tuli: quum litteras ad senatum misi, ut omnes ab exercitibus discederent ne id quidem impetravi, tota Italia delectus habentur, retinentur legiones duae, quae ab me simulatione Parthici belli sunt abductae: civitas est in armis. Quonam haec omnia, nisi ad meam perniciem, pertineant?

Sed tamen ad omnia descendere paratus sum, atque omnia pati reipublicae causa. Proficiscaris O Pompeje, in tuas provincias; nos (ipsi) exercitus dimittamus; discedant in Italia omnes ab armis; metus e civitate tollatur; libera comitia, atque omnis respublica senatui populoque Romano permittatur. Haec quo facilius certisque conditionibus fiant, et jurjurando sanciantur, aut tu propius accedas, aut me patiatur accedere; per colloquia omnes controversiae componentur.

VIII—AENEIDOS. [*Pars Tertia o. s.*]

Dum Trojani, Sicilia jam relicta, vela navium laeto clamore explicant, fluctusque maris proris findunt, Juno, animo veteribus injuriis intento, secum ita inquit: "Cogorne scilicet meo conato desistere, quasi Aenean ab Italia prohibere nequeam? Mihine fata obstant, quanquam Minervae, incensae crimine furoreque Ajacis, Oilei filii, unius e ducibus Graecorum, licuit, ut naves eorum exureret, et nautas submersos interficeret? Illa quidem, fulmine Jovis sua manu emisso, navibus dissipatis, fluctibus vento jactatis, Ajacem jam vulneratum ignique correptum prehendit, et rupi asperae adfixit; mihi nimirum soli, reginae deorum, Jovis sorori conjugique, cum una natione tamdiu bellum ducendum est; quis tandem erit, qui me posthac sive precibus sive sacrificiis honoret?

IX—CICERO DIXIT QUIRITIBUS: [*In Cat. II, o. o.*]

[II.] Ac si quis esset talis, quales esse omnes oporteret, qui in hoc ipso, in quo exsultaretet triumpharet oratio sua, se vehementer accusaret, quod tam capitalem hostem non comprehendisset potius quam emisisset; non esse eam culpam suam sed temporum. Interfectum esse L. Catilinam et gravissimo supplicio affectum jampridem oportuisse; idque a se et morem majorum et hujus imperii severitatem et

rem publicam postulavisse. Sed quam multos fuisse putarent, qui quae ipse deferret non crederent? Quam multos, qui etiam defenderent. [Quam multos, qui propter improbitatem faverent]? Ac si, illo sublato, depelli ab eis omne periculum judicaret, jampridem se L. Catilinam non modo invidiae suae, verum etiam vitae periculo sublaturum fuisse. Sed quum videret, ne eis quidem omnibus re etiam tum probata, si illum, ut esset meritus, morte multasset, fore, ut illius socios invidia oppressus persequi non posset, se rem illuc deduxisse, ut tum palam pugnare possent, quum hostem aperte viderent. Quem quidem quam vehementer foris esse timendum putaret, licere ut illuc intelligerent, quod illud etiam moleste ferret, quod ex urbe (ille) parum comitatus exisset, *se velle ut* ille secum suas copias eduxisset. Illum Tongilium sibi duxisse, quem amare in praetexta coepisset.— Publicium et Minucium, quorum aes alienum contractum in popina nullum reipublicae motum afferre posset, illum reliquisse quos viros, quanto aere alieno, quam valentes, quam nobiles.

X—SYNONYMA—De Bello Gallico, I, II, III, IV.

Inductus, adductus, permoti, commotus II, 2.

Finitimis, proximis civitatibus, propinquitatibus. II, 4.

Regnum, imperium, summam imperii. II, 23; III, 17.

Qua de causa, his rebus, qua ex parte, quibus de rebus. III, 9. ea de causa, III, 17; quibus rebus, IV, 24; his de causis, IV, 17; hac re, IV, 2; ejus rei causa, IV, 9; ob has causas, IV, 24.

Galliae omnis, Galliae totius, dictum est, ante demonstravimus, II, 22.

Quotidianis etc., cotidie, etc., III, 17

Aquitania, I, 1; quae pars, etc., III, 20; fere, paene, II, 19; prope, II, 32. Reliquos Gallos virtute praecedunt, fortissimi sunt, magnae virtutis, II, 15; virtute opinio est singularis, II, 24; cum virtute omnibus praestarent. I, 2.

Vir virtutis, III, 5; plurimum virtute valere, II, 4; in virtute qua facile superabant, III, 14, non timide, III, 25; fortiter, III, 21. Plurimum possent, I, 3; initium capit, I, 1, oriuntur, I, 1; pertinent et attingit, I, 1.

Perfacile esse, I, 2, perfacile factu esse, I, 3.

Totius Galliae imperio potiri, I, 2; totius Galliae potiri, I, 3.

Non esse dubium, I, 3; dubitandum non existimavit, I, 2.

Totius Galliae sese potiri posse sperant, I, 3, spes potiundi oppidi II, 7, spem potiundorum castrorum, III, 6; ad effeminandos animos, I, 1, relanquescere animos et remitti virtutem, II, 15; ad laborem ferendum remollescere homines atque effeminari arbitrantur, IV, 2; longissime absunt, I, 1; extremis finibus, I, 1; ultimae nationes, III, 27;

M. Messala et M Pisone consulibus, I, 2, qui fuit annus G. Pompeio, M. Crasso, consulibus, IV, 1.

Fidem et jusjurandum dant, I, 3; jurejurando fidem fecisset. IV 11; nobilissimus fuit, I, 2, amplissimo genere natus, IV, 12.

Omnes, I, 1; universi, IV, 25 et 26.

XI—ALIQUOT IDIOMATA EX LAELIO CICERONIS.

Memoriae mandare, to commit to memory. I. 1.
In sermonem incidere, to fall upon a topic. I. 2.
Omnibus esse in ore, to be in everybody's mouth. I. 2.
Aliquo uti multum, to be intimate with one. I. 2.
Conjunctissime vivere, to live in the closest intimacy. I. 2.
Positum in auctoritate, depending on authority. I. 4.
Nescio quo pacto, somehow or other. I. 4.
Sunt ista, that (that you say) is so. II. 6.
Alio quodam modo, in a somewhat different way. II, 6.
Prudens in jure civili, skilled in civil law. II. 6.
Multa provisa prudenter, many instances of sagacious foresight. II. 6.
Multa acta constanter, many examples of resolute action. II 6.
Responsa acute, repartees. II. 6.
Quo pacto, how? II. 7.
Ut assolet, as usual. II. 7.
Diem obire, to keep an appointment. II. 7.
Magis credo, I rather think. II. 9.
In pueris, in the case of boys II. 9.
Cave anteponas, beware of putting before. II. 10.
Cum illo actum est praeclare, his was a glorious fate. III. 11.
Jam puero, even in boyhood. III. 11.
Ante tempus, too soon. III. 11.
Licet dicere, one may say. III. 12.
Ut in plerisque, as generally. IV 13.
In quiete, while at rest. IV. 14.
Per visum, in a vision. IV. 14.
Fit idem, the case becomes the same. IV 14.
Eo magis cordi, the more delightful. IV. 15.
Ad vivum resecare, to take strictly. V. 18.
Pingui Minerva, in a common sense way. With plain mother-wit. V. 19.
Quantum homines possunt, as far as men can. V. 19.
Haud scio an, I am inclined to think. VI. 20.
* *Exemplar aliquod*, a sort of copy. VII. 23.
Si videbitur, if you please. VII. 24.
Per se ipse, by his own unaided efforts. VII. 26.
Sibi plurimum confidere, to have great self-confidence. IX 30.

XII—LAUS. [*ex epistola.*]

"Multos annos cum aliis discipulis ac doctoribus de ratione optime Latinae docendae disputabam. Gavisus sum, igitur, nuper certior factus te exstitisse cum tua "Catena" et ratione sapientiore, linguam ut linguam non ut verba insulata tractante. Plerisque meis familiaribus non satisfecit Latinam 'linguam defunctam' habere, sed 'bis defunctam ac radicibus eradicatam' fecerunt."—M. C. H.

* *Exemplum infra scriptum est*, Sall. C. [sic *supra*]

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

LATINE.

SINGULIS MENSIBUS.

FASCICULO QUINTO INSUNT

I—Kalendarium Mart.
II—Acta Diurna.
III—Scribenda.
IV—"Purpura" apud Vergilium.
V—Colloquia Horatiana. ["O navis!"]
VI—Via Ferrea.
VII—"Locus Tuus." [Parvulis.]
VIII—Franciscus, Augustus. [Parvulis.]
IX—Plini-"Horribile Dictu!" [Pars Quinta.]
X—Caesar de Conjuratis. [Sall. Cat. LI., o. o.]
XI—Quaestiones in Caesaris Vitam.
IX—Cicero Dixit Quiritibus. [In Cat. II, o. o.]
XIII—Nuntius: "Mars pro Nobis!"
XIV—"Jesus pro Me Perforatus. [Gladstone]"
Etc., Etc., Etc.

EDIDIT E. S. SHUMWAY.

KAL. MART., - - - - MDCCCLXXXIII.

POTSDAMI.

Courier Print, Potsdam. N. Y.

INERANT

IN FASCICULO PRIMO (Kal. Nov.)

I—NISUS ET EURYALUS.
II—"NON IRRIDICULE."
III—HORRIBILE DICTU! (Pars).
IV—ARDENTIA HORATII VERBA.
V—SCRIPTUM APUD CAES. NOSTRUM EST.
VI—QUAESTIONES IN "A."
VII—DE QUIBUSDAM APUD CAES. LOCIS.
VIII—QUAESTIONES IN RES GESTAS.
IX—SYNONYMA.
X—QUAESTIONES.
XI—SCRIBENDA.

IN FASCICULO SECUNDO (Kal. Dec.)

I—HORRIBILE DICTU! [Alia Pars.]
II—COLLOQUIA. [Dialogus, Bias, Diogenes, Vulpus et Leo.]
III—MILITIA. [Dicta Concatenata.]
IV—QUAESTIONES IN VERGILI VITAM.
V—AENEIDOS. [*o. s.* cum quaest.]
VI—CAESARIS IN POMPEJUM ORATIO. [Civ. *o. r.*]
VII—CICERO DIXIT QUIRITIBUS. [Cat. II, *o. o.*]
VIII—COLLOQUIA HORATIANA. [I, "Integer Vitae."]
SCRIBENDA, RESPONSUM, LATINE.

IN FASCICULO TERTIO (Kal. Jan.)

I—PLINI—"HORRIBILE DICTU!" Alia Pars.]
II—CONCORDIA.
III—ASINI AURES.
IV—AVARITIA.
V—LEO ET MUS.
VI—"GRATIAS HABEO."
VII—CAESARIANA.
VIII—DIVITIACI PRO GALLIA ORATIO. [*o. r.*]
IX—AENEIDOS. [Alia Pars. *o. s.*]
X—SYNONYMA. [Contra Potts.]
XI—"LEGEM ROGARE." [Signif. quam omisit "Harper's."]

IN FASCICULO QUARTO (Kal. Feb.)

I—PLINI—"HORRIBILE DICTU!" [Pars Quarta.]
II—AENIGMA HISTORICUM. [Parvulis.]
III—HORNER JACCULO. [Parvulis.]
IV—IMITATIO. [Parvulis.]
V—DIALOGUS DE GENERIBUS NOMINUM.
VI—DIVITIACI PRO GALLIA ORATIO. [*o. r.*]
VII—CAESARIS MANDATA AD POMPEJUM.
VIII—AENEIDOS. [Pars Tertia, *o. s.*]
IX—CICERO DIXIT QUIRITIBUS. [In Cat. II, *o. o.*]
X—SYNONYMA. [De Bello Gallico.]
XI—ALIQUOT IDIOMATA EX LAELIO CICERONIS.
XII—LAUS. [ex epistola.]

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

POTSDAMI, NOV. EBOR.

LATINE.

KAL. MART, MDCCCLXXXIII.

"*Multa Roga: Retine docta: Retenta doce.*"—COMENIUS.

Lector: Quid tibi vis, O ephemeris parvula?

Latine: **Rationem linguae meae docendae fovere meliorem, discipulos adjuvare exemplis, dormitantes stimulare quaestionibus ac pensis, litterarum latinarum amicos praeceptoresque contra hostes insanos conjungere.**

Lector: Quomodo exstitisti?

Latine: **Hac aestate praeterita, societas latina orta fuerat cujus ad participes folia singulis mensibus missa sunt. Ea societas, indies crescens, ephemeridem postulavit. Ergo—sum.**

Lector: Ubi sunt hi socii?

Latine: **Paene ubique in America; immo vero, nonnulli in Europa sunt.**

Auditor: Quare particeps non sum? ***Latine:*** **Nescio.**

I—KALENDARIUM MART.: in quo, praeter seriem Dierum, Festa, Ludi, Ortus et Occasus Siderum, aliaque nonnulla scitu digna adnotantur.

1	Kal.	*Matronalia, Junonis Lucinae Martis. Ancylia.*
2	VI.	*Juvenalis* natus.
3	V.	Alter e piscibus occidit.
4	IV.	
5	III.	Arctophylax occidit. Vindeiator oritur.
6	Prid.	*Vestae.*
7	Non.	Pegasus oritur. *Vejovis* templum.
8	VIII.	Corona oritur.
9	VII.	
10	VI.	
11	V.	
12	IV.	
13	III.	
14	Prid.	*Equiria* altera.
15	Idus.	*Annae Perennae.* Parricidum.
16	XVII.	Scorpius medius occidit.
17	XVI.	*Liberalia. Agonia.* Milvius oritur.
18	XV.	Sol in Ariete.
19	XIV.	*Quinquatria Minervae* per quinque dies.
20	XIII.	
21	XII.	
22	XI.	
23	X.	*Tubilustrium*, Var.
24	IX.	
25	VIII.	Æquinoctium vernum. *Hilaria. Martis.*
26	VII.	*Deum* festa.
27	VI.	
28	V.	*Megelasia*, Var.
29	IV.	
30	III.	*Jani, Concordiae, Salutis, Pacis.*
31	Prid.	*Dianae* in Aventino.

II—ACTA DIURNA.

Pridie Kal. Feb. tumultus in ludo navali in Annapolei, Md., ortus est cujus conjurati in custodiam in "nave longa" traditi sunt.

Eodem die *Windom* (antehac senator) non fit senator designatus.

Kal. Feb. Senatus franco-gallicus in principes consultum fecit.

A. d. III. Non. Feb. Professor *Georgius W. Greene*, rerum in America gestarum scriptor in R. I. mortuus est.

Non. Feb. *R. Wagner*, musicus Germanicus, Venetiae mortuus.

V. Id. Feb. *Wilhelmus E. Dodge*, negotiator, ingenio et moribus clarissimus, Nov. Ebor. mortuus.

IV. Id. Feb., *Marshall Jewell*, quondam magistratus supremus civitatis Conn. mortuus.

XVI. Kal. Mart. *E. D. Morgan*, quondam mag. sup. civit. Nov. Ebor. mortuus.

XV. Kal. Mart. In Hibernia, *Carey* quidam reus, reos Hibernos Anglicanos *Cavendish* et *Burke* necavisse confirmavit.

XIV. Kal. Mart. Historiam Scriptorum Latinorum a *Simcox* bene sc iptam emiserunt *Harper Fratresque.*

Americana "navis vaporaria" *Ashuelot* submersa quacum xi. nautae.

VIII. Kal. Mart. Dies natalis *Georgi Washington*, patris patriae, celebrata.

Eodem die regni ministri Australiae comitiis repulsi.

VII. Kal. Mart. Cometes a *Swift* reperta.

Eodem die *P A. Chadbourne*, qui olim Collegi Wilhelmi praeses fuerat, Nov. Ebor. mortuus.

VI Kal. Mart. Conjuratio contra Alexandrum Caesarem in Belgis patefacta.

IV. Kal. Mart. Gladstone Londinium rediit. Salveat!

Hoc mense vastae inundationes in America et in Europa multum effecerunt detrimenti.

III—SCRIBENDA.

(Si quid, Amice, temporis tibi sit, fac, oro, ut scribas.)

I. In oratione soluta vss. L.—CI. Verg. Aen. I. et quaestiones.

II. Compara Verg. cum Horatio quaestionibus.

III. De coloribus Verg. Hor. Ovid.

IV. De Theologia eorundem.

V. Cic. Orat. in Cat. II. Capp. iv. v. vi. o. o., id. Cic. ad Fam. Epist. xiv. iv.

VI. Quaestt. de Cic. Vita.

VII Excerpta quae ad Orat. pro Archia illustrandam pertineant. (Imprimis capp. vi: vii.)

VIII. Compara "Somnium Scipionis" cum verbis quae a Platone de iis rebus scripta.

IX. Quaestt. de Certamine Centurionum a Caes. picto. [B. G. V. xliv.]

X. Oratt. Caes. et Catonis apud Sall. script. o. o.

XI Compara quaestionibus sententias et dicendi genus Caesaris cum iis Ciceronis [in Cat iv.]

XII. De vita scribendique ratione Salusti.

XIII. De vita Horati [Quaestt.]

XIV. Carmen Horati orat. sol.

XV. Compara Liv. cum Tac.

XVI. Epistulas Cic. cum Plini.

XVII. De mensurae modo [temporis, spatii, pecuniae.]

XVIII. "Acta diurna" [in quibus quae scitu sint dignissima brevissime adnotentur. "Notis quoque excipere velocissime solitum"—Suet. Tit. iii.]

XIX. Idiomata cognitu dignissima, quaeque nusquam Anglice bene explicata sint.

IV—"PURPURA" APUD VERGILIUM.

(a.) De Vestimentis:

I. "Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit." G. II. 495.

II. "Purpureo velare comas adopertus amictu." A. III. 405.

III. "Aurea purpuream subnectit fibula vestem." A. IV. 139.

IV. "Purpureos moritura manu discindit amictus." A. XII. 602.

V. "Nec purpura regem Picta movet." A. VII. 251.

VI. " * * * * Chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura maeandro duplici meliboea cucurrit." A. V. 251.

VII. "Purpureasque super vestes, velamina nota." A. VI. 221.

(b.) De Cristis:

VIII. "Purpurei cristis juvenes auroque corusci." A. IX. 163.

IX. "Hunc ubi miscentem longe media agmina videt,
"Purpureum pennis et pactae conjugis ostro." A. X. 722.

(c.) De Floribus:

X. "Purpureosque metunt flores." G. IV. 54.

XI. "Aureus ipse, sed in foliis, quae flumina circum
"Funduntur, violae sublucet purpura nigrae." G. IV. 275.

XII. Purpureo narcisso. E. V. 38.

XIII. Purpureosque jacit flores. A. V. 79.

XIV. " Purpureus veluti cum flos succisus aratro
" Languescit moriens." A. IX. 435.

XV. " Dictamnum genetrix Cretaca carpit ab Ida,
" * * et flore comantem
" Purpureo." A. XII. 413.

(d.) De Sanguine:

XVI. " Purpuream vomit ille animam," A. IX. 349.

(e.) De Uvis:

XVII. " Sunt Thasiae vites, * * *
" Purpureae preciaeque." G. II. 95.

(f.) De Rebus Variis:

XVIII. " Apparet liquido sublimis in aere Nisus
" Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo." G. I. 405.

XIX. " In mare purpureum violentior influit amnis." G. IV. 373.

XX. " Lumen juventae purpureum." A. I. 591.

XXI. "Purpureus quondam color ora relinquit." A. XI. 819.

XXII. "Largior his campos aether et lumine vestit
"Purpureo." A. VI. 641.

C. S., E. S. S., S. P. D.

"Latine" id quod jamdiu valde cupivi est. Opus maximum facis. Cura ut valeas. Vale. a. d. iv. Id. Feb.

I'—*COLLOQUIA HORATIANA*, ["*O navis!*"]

O navis! referent in mare te novi
Fluctus? o! quid agis? fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus.
Et malus celeri saucius Africo,
Antennaeque gemant? ac sine funibus
Vix durare carinae
Possint imperiosius
Æquor? non tibi sunt integra lintea,
Non Di, quos iterum pressa voces malo.
Quamvis, Pontica pinus,
Silvae filia nobilis,
Jactes et genus et nomen inutile;
Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit: tu, nisi ventis
Debes ludibrium, cave.—*Horatius.*

Hoc in carmine quid sibi vult vocabulum "navis"?
Estne haec navis civitas Romana?
Nonne Quintilianus navem Horatium pro re publica dicere scripsit?
Quint. Inst. viii. 6: 44.
Scisne exquisite quo anno Horatius hoc carmen scripserit?
Nonne eis temporibus multi novis rebus studebant?
Poeta igitur hos "fluctus novos" timet, nonne?
Quis "fluctuum" inquit "tempestates Horatius pro bellis civilibus dicit"?
Nonne Octavius gubernator est? Quid orat Horatius?
Nonne Horatius "portum pro pace et concordia dicit"? Quo autore?
Videntne oculi poetae navis latus nudum remigio et malum saucium et antemnas gementes ac carinam vix aequor durare potentem?
Nonne in bellis civilibus flos viresque rei publicae succisi erant?
Quid Horatius civitati persuaderet?
Nonne "Utinam" inquit "civitas periculum suum imminentem videret"?
Cui latus nudum? Quo malus saucius est?
Quare navi non sunt integra lintea?
Quare Di immortales Romanis irati sunt?
Nonne poeta ut civitati praesidio sint timet?
Qua in parte navis erant Dii picti?
Romani saepe genus et nomen jactabant, nonne?
Genus et nomen nobile nec non et inutile est, nonne?
Num navita timidus, quia hae puppes pictae sunt, iis fidit?
Debetne navis ventis ludibrio esse?
Nonne gubernator Augustus "clavum affixus et haerens nusquam amittet oculosque sub astra tenebit"?

VI—VIA FERREA.

Suntne omnia ad discessum ordinata ? Omnia.

Bajulum arcesse, ut ad stationem meas sarcinas asportet.

Rheda publica vadam.

Quando proficisceris ?

Quinque momentis.

Quam mox ad stationem perveniemus ?

Satis tempori; quadranti horae fortasse.

Vereor ne otiosius procedas, et serius pervenias.

Ne nimis sis anxius, Domine; nunquam serius adventavimus.

Hic sumus. Nunc tesseram statim compara.

Tesserarum mensa adhuc occlusa est.

Quid! Praefectus nonne adhuc eam aperuit ?

Tunc enim confusio non haberet locum: ad hoc ultima exspectantur momenta: adhucne tu inexpertus ?

uci vecturam pendam.

Quidlibet a te exiget, vel e curribus ejiciet.

Festina, conscende, sedem amittes, si praesto non sis.

Currus hic fumarius.

Dormitorius iste currus.

Concede huc.

Hic maxima mulierum pars; hic inveniamus scamnum.

Nullum vacat.

Proxima statio appropinquat; complures illic descendent, et vacuas sedes relinquent.

Latus flumini obversum malo.

In sole opto gestari.

Fenestram claude; mulier illa ventum odit.

Pulchrum quidem hoc vehiculum.

Calefactum vapore.

Aqua adest gelida.

Frenum pneumaticum a *Westinghouse* factum.

Suntne ista tua impedimenta, Domine ?

Nulla mihi sunt.

Tessarae!

Triens horae ad coenandum datur.

Coena non egeo.

Poma emam.

Nuces comparabo.

Heus puer offer ephemerides. Volo fasciculum ephemeridis "*Latine*" novum videre.

Praebe dulcia.

Quando iterum movebimur ?

Haec est machina quae nostros currus trahet.

Aquam et carlones recipit.

Magna requiritur vis ad ordinem quinque et viginti curruum trahendum.

Quaeque octoginta equorum potentiam habet.
Num hic longum tempus morabimur.
Minime; signum datur ad profectionem: movetur.
Per cuniculum transimus: nonne tenebrosum?
Hoc est citissime currere.
Mille passuum quoque momento inferimur.
Haec me celeritas exterret.
Quanto celerius tanto gratius; non autem supra pontes.
Vereor ne machina ferreis longuriis erumpat.
Noli pavere; nunquam talia in America accidunt. H.

VII—"LOCUS TUUS."

Capella, stans in tecto domus, lupum vidit praetereuntem, et ludificavit. Sed lupus, "Non tu," inquit, "sed locus tuus, me ludificat."

Ubi sto? (in tabulato.) Num stas (tu) in tecto?
Num (ille) stat in tecto? Nonne capella stabat in tecto domus?
Quot capellae stabant in tecto? Num tres capellae stabant?
Num stabam in tecto? Num stabas in tecto?
Nonne capella stans in tecto domus lupum vidit?
Nonne me vides? Te video. Quomodo me vides?
Num capella me vidit? Quot capellas vides?
Num vides duas capellas? Num vides unam capellam?
Nonne capella lupum vidit? Quem capella vidit?
Videsne lupum? Prætereo. Nonne me vides prætereuntem?
Nonne capella lupum vidit praetereuntem? Quis praeteribat?
Nonne lupus praeteribat? Nonne lupus praeteriens capellam vidit?
Nonne lupus capellam vidit stantem in tecto?
Quae ludificavit? Quem ludificavit?
Quae stans in tecto domus lupum ludificavit praetereuntem?
Intelligisne? Te ludifico quod non intelligis.
Nonne lupus capellam vidit ludificantem? Quid lupus inquit?
Quid lupum ludificavit? Nonne locus capellae erat in tecto?
Quo in loco stabat capella?
Nonne locus capellae lupum ludificavit?

VIII—FRANCISCUS. AUGUSTUS.

Fr.—Habesne bonum atramentum? amice. Au.—Habeo. F.—Visne mihi dare aliquantulum? A.—Eho! non habes? F.—Habeo quidem, sed eo non possum scribere. A.—Cur non? F.—Quia nimis spissum est. A.—Porrige atramentarium tuum; ego infundam tibi. F.—Ecce infunde! vah! quam liquidum est. Sed. admodum decolor esse videtur. A.—Erras: satis nigrum fiet, si modo bene miscueris. F.—Feci, et probe miscui. A.—Nunc fac periculum et scribe aliquid. F.—Dicta mihi aliquam sententiam. A.—*Experientia est rerum magistra.* F.—Scripsi. A.—Nunc expecta, dum scriptura bene desicata fuerit. Vide quam nigra fit. F.—Sic est. A.—Ergo vides, experientiam esse rerum magistram.

IX—Plini—HORRIBILE DICTU! [*Pars Quinta.*]

Deserta inde et damnata solitudine domus, totaque illi monstro relicta; proscribebatur, seu quis emere, seu quis conducere, ignarus tanti mali vellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus: legit titulum: auditoque pretio. quia suspecta vilitas, percontatus, omnia docetur, ac nihilo minus, immo tanto magis, conducit.

Quare domus deserta est? Amasne solitudinem?
Estne gratum damnari solitudine?
Nonne *Robinson Crusoe* damnatus est solitudinis?
Nonne haec domus damnata est ad poenam solitudinem?
Qualis poena domui erat? Qui domum solitudine damnaverunt?
A quibus domus tota relicta est? Cui relicta est?
Nonne monstrum domo potitum est?
Fruebaturne monstrum solitudine domus?
Fruerisne solitudine magis quam societate?
Utra fruuntur monstra? Nonne domus proscribebatur?
Nonne Cicero ab triumviris proscriptus est?
Nonne dominus domus domum vendere volebat?
Nonne domum proscribebat?
Nonne in titulum scripsit se domum vendere velle?
Quomodo domum procribebat?
Nonne Ciceronis nomen in titulum proscriptum est?
Nonne stultitiae est domum pestilentem emere?
Si quis conducere vellet ignarus monstri esset, nonne?
Quomodo domus conducuntur?
Conduceturne haec domus parvi an magni?
Vellesne eam magni conducere? Quale erat malum domus?
Eratne malum domus monstrum?
Nonne multum mali est in monstris videndis?
Nonne multum mali est idolon habere?
Quis erat hujus domus mali ignarus:
Essetne Atheniensis ignarus hujus mali?
Nonne domus infamis erat apud Athenienses?
Nonne Athenienses omnes hoc malum sciebant?
Eritne Atheniensis an peregrinus qui hanc domum infamem conducat?
Scisne utrum peregrinus ignarus hujus mali domum empturus sit?
Quis venit? Quo venit? Unde venit? Quid vidit?
Nonne Plinius dicit Athenodorum titulum legisse?
Quid audivit philosophus? Potuitne domus parvi emi?
Cur domus vilis erat?
Nonne vilitatem domus philosophus suspexit?
Scisne causam vilitatis? Scivitne cur domus vilis esset?
Nonne quaesivit? Nonne percontatus est?
Cur percontatus est? Nonne certior factus est?
Nonne omnia is docetur? Nonne famam domus philosophus docetur?
Emetne domum pestilentem?
Putasne eum domum infamem empturum esse?

Nonne mirabile est dictu Athenodorum domum nihilo minus conduxisse? Quanti conduxit?

Nonne Plinius dixit eum tanto magis conduxisse quanto pestilentior esset?

X—CÆSAR DE CONJURATIS. [*Sall. Cat. LI. O. O.*]

"[Cæsar] videtur tanquam tabulas bene pictas conlocare in bono lumine."—*Cic. Brut. 261.*

Cæsar, rogatus sententiam, dixit: "Omnis homines qui de rebus dubiis consultent, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decere.

Haud facile animum verum providere ubi illa officiant: neque quemquam omnium lubidini simul et usui paruisse. Ubi intensum sit ingenium id valere: si lubido possideat, eam dominari, animum nihil valere.

Magnam sibi copiam esse memorandi quae reges atque populi ira aut misericordia impulsi male consuluissent. Sed ea malle se dicere, quae majores sui et eorum contra lubidinem animi recte atque ordine fecissent.

Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessissent, Rhodiorum civitatem magnam atque magnificam, quae populi Romani opibus crevisset infidam et adversam ei fuisse: sed post quam, bello confecto, de Rhodiis consultum esset, majores ne quis divitiarum magis quam injuriae causa bellum inceptum diceret, impunitos eos dimisisse.

Item bellis Punicis omnibus quum saepe Carthaginienses et in pace et per inducias multa nefaria fecissent, nunquam ipsos per occasionem talia fecisse: magis quid se dignum foret, quam quid in illos jure fieri posset, (ipsos) quaesivisse

XI—QUAESTIONES IN CÆSARIS VITAM.

Fuitne Cæsar plebeius aut patricius?

Scisne quid dicat Mommsenius de ejus die natali?

Uter fuit major natu Cæsarne an Cicero?

Quae prima Cæsaris uxor fuit?

Quid Cæsari Sulla imperavit?

Fuitne ille dicto audiens?

Quid dixit Sulla eis pro Cæsare deprecantibus?

Quorsum Rhodum profectus est Cæsar?

Ubi erat cum se *primum* in Alpium vico quam *secundum* Romae malle diceret?

Quo anno consul erat: Quocum?

Quid homines jocosi eo anno de consulibus dicebant?

Quibuscum triumviratum iniit Cæsar?

Quid inter eos sanctum est?

Quot annos in Gallia bellum gessit?

Quid Cæsar nobis sua rerum administratione in Gallia effecit?
Quae causa belli civilis fuit?
Quid significabat *Caesarem Rubiconem transire?*
Fecitne ille recte?
Nonne misereris Pompeji?
Quam post victoriam scripsit Cæsar, "Veni, vidi, vici?"
Quare interfecerunt Cæsarem conjurati?
Perfeceruntne quae voluissent?
Arbitrarisne Cæsaris amicum fuisse Brutum?
Uter Romam magis amabat, Brutusne an Cæsar?

XII—CICERO DIXIT QUIRITIBUS: [*in Cat. ii. o. o.*]

III. Itaque se illum exercitum prae Gallicanis legionibus et hoc dilectu, quem in agro Piceno et Gallíco Q. Metellus habuisset, et eis copiis, quae a magistratibus quotidie compararentur, magno opere contemnere. Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis decoctoribus, ex iis, qui vadimonia deserére quam illum exercitum maluissent, quibus ipse non modo si aciem exercitus Romani, verum etiam si edictum praetoris ostendisset, futurum, ut conciderent. Eos, quos videret volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire, qui fulgerent purpura, se maluisse cum illo milites eduxisset. Qui si illic permanerent, cives meminissent non tam exercitum illum esse quam eos, qui exercitum deseruissent, pertimescendos Atque eo etiam esse timendos magis, quod quicquid cogitarent se ipsum scire sentirent, neque tamen permoverentur. Se videre cui esset Apulia attributa, quis haberet Etruriam, quis agrum Picenum, quis Gallicum, quis sibi eas urbanas insidias caedis atque incendiorum depoposcisset. Omnia superioris noctis consilia ad se perlata esse eos sentire; se patefecisse in senatu hesterno die; Catilinam ipsum pertimuisse, profugisse, eos quid expectare? Ne illos vehementer errare, si illam suam pristinam lenitatem perpetuam sperarent futuram.

XIII.--Nuntius: Mars Pro Nobis! Salva Urbs! Dimicatio Egregia!

Senex (in via Romae): Pro Di immortales! Dic mihi, Nunti, quo modo pugnatum sit.

Nuntius: Libenter. Attendite, omnes.

In agro Albano fuimus. Rex noster, invictus Tullus, nos in aciem eduxit. Exierunt contra et Albani. Mars appropinquans horrebat.

Mulier: Mehercule! vivitne Julius meus?

Omnes: Sile! Tace! Audi!

Nuntius: Tum quae ad pugnandum usi essent parabamus Sed —mirabile dictu—duces cum paucis in medium prodeunt. Miramur. Sed jam revertunt. Ad trigeminos Horatios venit Tullus. Cum eis agit.

Puer: Quid egit?

Omnes: Exspecta, audax!

Nuntius: Posthac nobis orationem hujusmodi habet. Viam invenimus qua, utri utris imperent, sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi decerni possit Pro patria, Horatii trigemini, et trigemini Curatii pro Alba dimicabunt. Cujusque populi cives eo certamine vicerint, is alteri populo cum bona pace imperitabit.

Omnes: Gratias dis immortalibus!

Mulier: Et Julius vivit!

Senex: Quomodo pugnatum est?

Nuntius: Si taceatis nuntiabo.

[*Kal. April v. Liv. i. xxiii.*]

XIV—"JESUS PRO ME PERFORATUS."

Jesus, pro me perforatus,
Condar intra tuum latus:
Tu, per lympham profluentem,
Tu, per sanguinem tepentem,
In peccata mi redunda,
Tolle culpam, sordes munda.

Coram Te nec justus forem,
Quamvis tota vi laborem;
Nec si fide nunquam cesso,
Fletu stillans indefesso:
Tibi soli tantum munus,
Salva Tu, Salvator unus.

Nil in manu mecum fero,
Sed me versus crucem gero;
Vestimenta nudus oro,
Opem debilis imploro.
Fontem Christi quaero immundus,
Nisi laves, moribundus.

Dum hos artus vita regit,
Quando nox sepulchro tegit,
Mortuos cum stare jubes,
Sedens Judex inter nubes,
Jesus pro me perforatus.
Condar intra Tuum latus.

—Gladstone Latine vertit.

EDITORI EPHEMERIDIS LATINAE.

Legenti nuper in diurnis te, editor illustrissime, his temporibus collectanea continua ad studia latinitatis fovenda sub nomine tituloque "Ephemeridis Latinae" probe et sapienter edere, mihi venit in mentem te rogare, possimne nomen meum profiteri empturus ut ista libella constanter accipiam. Pecuniam statim mittam si pretii constituti certiorem me facias. Vive atque vale, vir animose et experiens.

Raptim Belfastae in Hibernia, XVI. Kal. Feb.

Tuus quantulus sum, A. Gordon, V. D. M.

Professori Edgaro S. Shumway, Salutem.

* * * Concilium magistrorum et professorum hujus civitatis Galvestone a. d. VII Kal. Jul. hujus anni habebitur. Meo nomine et aliorum sociorum hujus conventus, te et alios nostrae fraternitatis eo tempore huc convenire, invito. Cives Galvestonis sunt perhospitales, et praetor urbanus nomine urbis nos eo invitavit, et omnibus nostri generis, qui ibi conveniant, hospitium urbis pollicitus est. Veniant omnes, qui possint, quo alii alios melius cognoscamus. * *

GULIELMUS A. BANKS,
PROF. LING, vet. et recent.

Marviniensis Collegii, Waxahachie, Texas,
a. d. V. Cal. Mart, MDCCCLXXXIII.

Domine Carissime: Ex ephemeridibus nonnullis expertum habeo te fasciculos edere intitulatos "Latine"; cum autem ego mirum quantum ejusdem linguae amore feror; non dubitabam to perhumane requirere, ut mihi aliquot exemplaria eorundem submittere non dedigneris. Vellem cum primis fasciculos tuos et aliis exhibere et ipse iisdem delectari. Obsequentissimus tuus,

A. M., Professor.

LOEBLICHE REDACTION:

In einer Blatte meiner Zeitung habe ich gelesen dass in der Stadt Potsdam in dem Staate New York * * eine lateinische Zeitscheift redigirt wird unter den namen "ephemeris latina."

Nachdem ich mich um diese Ausgabe sehr interessire, und sehr gerne auf dieses Blatt praenumeriren moechte nur aber weder die richtige adresse noch der praenumerations Betrag bekannt sind, richte ich mein hoeflichstes Ansuchen nur aufs geradewohl * * indem ich unterthaenigst bitte mir nur eine numero ephemeris * * per Post einschicken zu wollen, alle Spesen will ich mit der groesten Bereitwilligkeit Zurueck stellen.

Ist die "catena latina" eine Societaet wohin auch Freunde eintreten duerfen?

Mich mit besonderer hochachtung zeiguend. * *

ALEXIUS DEMIAN,

1 Februar. Podbjel, Comitat Arva in Ungaren.

ROYAL COLLEGE, GLATZ, (Silesia,) Febr. 1st, 1883.

SIR: From the London "Graphic" I learn that you have started a Latin newspaper. This undertaking interests me in the highest degree; you would therefore oblige me very much by forwarding me a number, if possible the first, of the "Ephemeris latina." I intend to give an account of it." * * DR C. DEVENTER,

Professor of the Royal College, Glatz.

QUESTIONS AND ANSWERS.

Where is there a good collection of examples of repetition of antecedent in relative clause (in Cicero, Curtius or Tacitus)?

Where can I get information about "the manuscript collection in three large folios, which the learned Mr. John Milton made out of Tully, Livy, Caes., Sall., Curt.," etc.?

Inquirers about the Inductive Method in Latin will be interested in page 119 of *The Journal of Education*, Feb'y 22.

A projected semi-monthly, called *Das Gymnasium*, to be put forth in April at Paderborn, Germany, promises to be very valuable to teachers in preparatory schools, as it will be devoted to the Gymnasia. It should meet with a hearty welcome in this country.

Four States are yet without members—Ark , Del., R. I., W. Va.

The distinguished lexicographer, Charlton T. Lewis, Ph. D., kindly says of *Latine:* "It seems to be a brilliant idea, admirably carried out."

"The Magazine (*Latine*) appears to be a capital little publication, full of useful aids for both teachers and scholars."—*The Graphic*, London, Eng.

"*Latine* effectually disposes of the libel that Latin is a dead tongue. Every teacher ought to take it for the benefit of his scholars, who would find great stimulus in its pages."—*The Philadelphia Press.*

"*Latine* is the 'noblest Roman of them all!'"—J. H. Kent.

"The unique little Latin monthly, *Latine*, gives many valuable hints to students of Latin, and is bound to prove of real service."—*The Critic*, New York.

"The fourth number of *Latine* is marked by the same genuine traits as the earlier numbers. Prof. Shumway is proving himself an apt and eloquent teacher of the Latin. and is awakening great enthusiasm in favor of the natural method of instruction."—*Nat. Bap.*, Phil.

"The Feb. number is full of interesting matter for Latinists, and *Latine* promises to give a new interest to the study of the language in this country."—*The Christian Union*, New York.

Many thanks are due to the kind friends of *Latine*, and especially to those who have not only labored themselves but induced others to join our "Latin chain." The object of this "chain" is to promote wider and deeper study of Latin, more thorough and more attractive methods of teaching. To secure this result *each member is expected* to help either by Latin work or English hints. The fee for membership (to which every one is eligible) of $ 2 also secures *Latine* till June. Owing to the increase in numbers *Colloquenda* can be sent only to working members. Single copies of *Latine*, 35 cents; to members, *for class use*. 10 cents.

EDGAR S. SHUMWAY.

Department of Greek and Latin, State Normal and Training School, Potsdam, N. Y.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

LATINE.

SINGULIS MENSIBUS.

FASCICULO SEXTO INSUNT

I—KALENDARIUM.
II—ACTA DIURNA.
III—DE RATIONE HIST. LATT. LITT. DOCENDAE.
IV—PLINI—" HORRIBILE DICTU!" [Pars Sexta.]
V—HORATII ET CURIATII. [Alia Pars.]
VI—HORATII CARMINUM PRIMUM. [*o. s.*]
VII—IN VITAM HORATI QUAESTT.
VIII—TENNYSONIS "DOMUS DESERTA."
IX—DE MORTE CICERONIS. [Velleius.]
X—CAES. B. G. IN ORATIONE OBLIQUA. [Cap. III.]
XI—CAESAR DE CONJURATIS. [*o. o.* Alia Pars.]
XII—AD TEMPORA DESIGNANDA PERTINENT.
XIII—"JESU SANCTI FONS AMORIS."
XIV—CICERONIS CATO MAJOR, XXI. [In Hexam.]
XV—ORATORUM COLLATIO SUMMORUM.
XVI—AENIGMATA.
XVII—CIC. EPISTULA. [Fam. XIV. IV. *o. o.*]
XVIII—CASSANDRA SENECAE.
XIX—QUAESTIONES. [In Cat. I. I.]
XX—COLORES APUD OVIDIUM. [Metam.]

EDIDIT E. S. SHUMWAY.

KAL. APRIL., - - - - MDCCCLXXXIII.

POTSDAMI, NOV. EBOR., IN AMERICA.

[*Constat L. HS. per annum.*]

Courier Print, Potsdam, N. Y.

V. R., E. S. S., S. D. P.: Libello illo, qui inscribitur Latine, hodie accepto, magno sum gaudio commotus. Semper enim studium linguae litterarumque Latinarum acriori quodam modo in patria nostra colendum esse putavi, id quod magna ex parte spero hac re fore Quod cum assequi studeas, propter hoc studium optimamque tuam voluntatem summa mihi videris laude dignus. Perge quaeso! Vale!

BEROL., in Germania.

PROFESSOR: S. V. B. E.

Tua laus laboris mei mihi jucundissima fuerat. Sed errata mea mihi dolori maximo fuerant. Tibi gratias pro errata corrigendo reddo. Vale. R. (Ky.)

"Imprimas hanc epistolam vel in corbem schedarum rejectanearum ponas, ut velis." G. [Tex.]

"Fasciculus novus—*Latine*—mihi placet maxime." C. [Mass.]

CAROLVS E. SPRAGUE. EDGARO S. SHVMWAY, SALVTEM.

TV DECVS ES PATRIAE NOSTRAE, DOCTISSIME SHVMWAY,
DIGNVS QVI MVSA CELEBRERIS VERGILIANA:
EXSVLIBVS ROMAE LARIBVS QVI TECTA DEDISTI
ITALIAE, FATO PROFUGIS, LINQVENTIBVS ORAS.

Mihi inter negotia multos annos silebant musae latinae, sed nunc si istius *Catenae* anulus debilissimus fio, felicissimus ero.

Scribebam Nov. Ebor.
a. d. X. Kal. Apr., MDCCCLXXXIII.

E. S. S., C. E. S., S. P. D.

TV FERS, IAM DIV AGENS DVRA NEGOTIA,
LAVDEMQUE EGREGIAM, NEC MIHI DEBITAM,
AT SI SIT TVA VOX AVXILIO MIHI,
"SUBLIMI FERIAM SIDERA VERTICE."

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

POTSDAMI, NOV. EBOR.

LATINE.

KAL. APRIL. MDCCCLXXXIII.

"*Multa Roga: Retine docta: Retenta doce.*"—COMENIUS.

Lector: Quid tibi vis, O ephemeris parvula?

Latine: **Rationem linguae meae docendae fovere meliorem, discipulos adjuvare exemplis, dormitantes stimulare quaestionibus ac pensis, literarum latinarum amicos praeceptoresque contra hostes insanos conjungere.**

Lector: Quomodo exstitisti?

Latine: **Hac aestate praeterita, societas latina orta fuerat cujus ad participes folia singulis mensibus missa sunt. Ea societas, indies crescens, ephemeridem postulavit. Ergo—sum.**

Lector: Ubi sunt hi socii?

Latine: **Paene ubique in America: immo vero, nonnulli in Europa sunt.**

Auditor: Quare particeps non sum? ***Latine:*** **Nescio.**

I—KALENDARIUM APRIL.: in quo, praeter seriem Dierum, Festa, Ludi, Ortus et Occasus Siderum, aliaque nonnulla scitu digna adnotantur.

1	Kal.	*Veneri. Fortunae virili.* Scorpius occidit.
2	IV.	Pleiades occidunt.
3	III.	Washington Irving natus.
4	Prid.	
5	Non.	*Megalesia.*
6	VIII.	*Fortunae publicae. Dianae* natalis.
7	VII.	Natalis *Apollinis, Socratis, Platonis.*
8	VI.	*Ludi* ob Vict. Caes. Libra et Orion occidunt.
9	V.	*Cerealia. Ludi Circences*
10	IV	
11	III.	
12	Prid.	*Magna Mater*, Romam adducta, Liv.
13	Idus.	*Jovi Victori* et *Libertati.*
14	XVIII.	
15	XVII.	*Fordicidia.*
16	XVI.	Augustus Imp. Salutatus. Hyades occidunt.
17	XV.	
18	XIV.	Equiria in circo max. et vulpiu cobustio.
19	XIII.	Sol in Tauro.
20	XII.	
21	XI.	*Palilia. Agonalia. Romae* natalis
22	X.	
23	IX.	*Vinalia. Jovi* et *Veneri.*
24	VIII.	*Ilii* destructio.
25	VII.	*Robigalia.* Medium ver Aries occidit. Canis oritur.
26	VI.	*Latinae feriae* in sacro monte, Liv.
27	V.	
28	IV.	*Floralia.*
29	III.	
30	Prid.	*Vestae Palatinae*, Ovid. *Larentalia*, Plut.

II—ACTA DIURNA.

A. d. IV. Non Mart. *Alexander H. Stephens* **ingenio maximus.**

"Per varios casus, per tot discrimina rerum,"

transiit "irremeabilem undam."

VIII. Id. Tumultus Lutetiae, cujus "dux femina facti" ***Louisa Michel*** **fuit, a magistratibus mox repressus est.**

VI. Id. *Comondouros*, politicus Graecus, qui Cretensibus adjuvit, Athenis mortuus.

V. Id. *Gortschakoff*, A. D. MDCCXCVII. loco nobilissimo natus, per multos annos summus Europae politicus, Americae in bello civili amicissimus, potestate demissa ac *Bismarck* victore, mort.

Eodem die *Wiggins* "nutu" non "tremefecit Olympum." (Legat prophetа apud Verg. VI. 585.)

Proximo diurnales novum "Salmonea" ironice sepelierunt

"Idibus Martiis!" Londonii fragor quia *O'Rossa* silicet insulam frangi jussit! Cave pellem "auresque eminentes !"

A. d. VIII. Kal. April. *T. O. Howe*, XVII annos senator, tum cursorum publicorum praefectus, mort.

In $\overline{X}$. incolis *Sandwich* Ins. XXVIII. inveniuntur leprosi.

IV. Kal. April. Conventus eruditorum Brazilianorum praenuntiatus est qui Kal. Iun. prox. in urbe *Rio Janeiro* de rebus quae ad instituendum pertin. acturus esset.

III—RESPONSIO [de hist. litt. latt. docenda.]

"Pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quae iacerent in tenebris omnia nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt."—*Cic. pro Arch. VI. XIV.*

Fac ut ponas in manus discipulorum tuorum vel "*Primer of Lat. Lit*" quem libellum scripsit *Eug. Lawrence* (illis fere VI. sestertiis constet) vel Hist. Litt. Latt. quam in II. vol. anglice scr. *Simcox* (fere C. HS.) (Tibi auxilio summo esset hist. quam germanice scr. *Teuffel*). Deinde investigationes sint postulandae tabulaeque perscribendae, *e g.*:

ENNIUS {a. u. c. DXV. Rudiis in Calabria natus, septuaginta annos natus Romae mort.

scripsit

tragoedias — epos — comoedias

nom. "Annales," de rebus gestis, in versibus, in XVIII. libris.

(quorum librorum exstant fere vss. DC.)

ANNOTATIONES:

"Ennius ingenio maximus, arte rudis."—*Ovid.*

"Carus fuit Africano."—*Cic. pro Arch.* (Quis fuit Africanus? etc)

"Habitavit in Monte Aventino."—*St. Hieronymus* (Ubi fuit mons Avent? etc.)

"Ita ferebat paupertatem et senectutem ut eis paene delectari videretur."—*Cic. Cato Maior.*

Quae narratio de Enn. Scipioneque?—*Cic. de Or. II. CCLXXVI.*

"Tria corda" (quid signif?) "habere sese dicebat quod loqui graece et osce et latine sciret."—*Gellius.*

Romae extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuae sunt quarum duae P. et L. Scipionum dicuntur esse tertia poetae Q. Ennii.—*Liv. XXXVIII. LVI.*

IV—Plini—HORRIBILE DICTU! [*Pars Sexta.*]

Ubi coepit advesperascere, jubet sterni [lectum] sibi prima domus parte: poscit pugillares, stilum, lumen: suos omnes in interiora dimittit; ipse ad scribendum animum, oculos, manum intendit, ne vacua mens audita simulacra et inanes sibi metus fingeret.

Nonne noster philosophus domum spatiosam conduxit?
Nonne solis occasu advesperacere coepit?
Quid coepit? Nonne advesperascebat?
Ubi dormiet philosophus audax?
Nonne in prima domus parte dormiet?
Qua in parte jubet sterni lectum sibi?
Ubi ejus lectus sternetur?
Nonne servos (cubicularios) jubet lectum sternere et abire?
Quae poscit? Quorsum? Nonne stylo scribet?
Nonne in pugillaribus scribet stylo?
Pugillares ex cera facti sunt, nonne!
Eritne lumen utile scribenti?
Poteritne scribere, nocte opaca, sine lumine?
Nonne fortior erit si lumen ei adsit?
Nonne suos servos omnes dimittit? Unde eos dimittit?
Quo familiam suam dimittit? Ubi dormiet? Ubi dormient?
Nonne periculosum erit Athenodoro sine comite dormire?
Credisne eum dormiturum an vigilaturum esse?
Nonne vigilavisses si ibi fuisses?
Quorsum lectus ei sternitur?
Quorsum pugillares, stylum, lumen poscit?
Dormietne scribens? Scribetne dormiens?
Estne dubium quin suos servos in interiora dimiserit?
Quis scripturus est? Quae ad scribendum intendit?
Quo intendit animum, oculos, manum? Dormitne?
Scisne utrum dormiat, necne? Cur judicas eum vigilare?
Nonne animum ad scribendum intendit?
Intenditne animum ad dormiendum?
Vultne dormire an scribere? Quomodo scribitur?
Si monstra tibi audita sint nonne mens simulacra finget?
Nonne opus est mentem non vacuam habere?
Si mens vacua est inanes metus fingit nonne?
Fingitne plena mens simulacra?
Eritne Athenodoro auditum simulacrum in mente si mens vacua non sit?
Num opinaris philosophum inanes metus ficturum esse?
Qua de causa audita simulacra non finget?
Estne dubium quin idolon apparuerit?
Dubitasne quin monstrum fuerit verum?
Quorsum scribet?
Quorsum judicas eum scripturum esse?
Quorsum manum ad scribendum intendebat?

V—HORATII ET CURIATII. [*Alia pars. V. Liv. I. XXV.*]

Omnes: Tacebimus—cognoscamus.

Nuntius: Foedere icto inter nos et Albanos, trigemini arma capiunt.

Senex: Utinam eos vidissem!

Nuntius: Nos, inertia damnati, Horatios talibus verbis adhortamur: *De summa salute patriae ac parentium, de nostris puellis, conjugibus, liberis, de aris ac focis, de fanis atque templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio ac libertate, O, Horatii, vobis solis decernendum est. Curate ut viri sitis.*

Senex: In hominibus tribus periclitari summam rei publicae salutem!

Nuntius: At qualibus imperium agebatur! Marti feroci similes in medium inter duas acies procedunt Horatii et, contra, Curiatii.

Mulier: Eheu! Horatiam miseram! nam uni ex Curiatiis sponsa es, nonne? Reverte domum, oro: ne audi.

Horatia: Perge, nunti, sine mora perge. O Curati! O fratres!

Nuntius: Datur signum, infestisque armis, velut acies terni juvenes magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt.

Omnes: Juppiter defende!

Nuntius: Tunc increpabant arma, micantesque fulgebant gladii. Horror ingens nos perstringebat. Torpebat vox spiritusque. Subito non motus tantum corporum agitatioque anceps telorum armorumque, sed vulnera quoque et sanguis spectaculo—

Horatia: O, soror, soror, redeamus domum! ferre non possum! Educ! [*Abeunt Horatiae.*]

VI—HORATII CARMINUM PRIMUM: [*Oratione Soluta.*]

Ad te, Maecenas, stirpe regum antiquorum natum, cui salutem me debere fateor, cujusque amicitia maxime delector, liceat mihi haec mea carmina mittere. Alius aliud a diis optat: sunt qui Olympiae certamine quadrigarum gaudeant, et, victoria parta, se supra modum humanum beatos putent; alii suffragiis populi mutabilis per omnes honorum gradus ad summum imperium efferi cupiunt. Hunc juvat, frugibus ex Africae agris in suum horreum collectis, annonam incendere; illi, arva paterna sua manu colenti, opibus Attali nunquam persuaderi possit, ut, Aegaeum navigando, se in periculum capitis committat. Qui maria ventis commota horret, vitam rusticum otiosumque laudibus effert: si forte autem domi res angustas ferre cogetur, navibus refectis, portu iterum proficiscetur. Alius sub arbore patula aut ad rivum leniter labentem recumbens, horas negotiis ab laboriosis deditas laetus in vino somnoque degit. Militi libet munus militiae sustinere, et signo proelii committendi dato, in vulnera ac tela ruere; venatori, frigoris, vigiliarum, laborum patienti, domo et conjuge relictis, vestigia vel apri vel cervi canibus fidis premere. Mihi autem alia placent, quae si dii immortalis mihi concedant, O me beatum, O laudem meae vitae praeclaram! Veluti antiquis temporibus Bacchus vates movisse fertur, quibus hedera coronatis in silvis remotas ab hominum oculis nymphae satyrique comitari solebant, sic mihi ab Musis, praesertim quae carmina Aeolia doceant, ita faveatur, ut et tu et posteri, Maecenas, me numero lyricorum habeatis, quo honore accepto, nihil altius est quo mihi ascendere libeat. R.

VII—IN VITAM HORATI QUAESTT.

Quo anno Horatius natus est?

Constatne satis quot annis eum ante conjurationem Catilinariam natum esse?

Nonne patrem habuit libertinum?

Nonne tradit, ipsum libertino patre natum?

Scisne quo pater eum puerum deduxerit?

Nonne traditum est patrem Romam eum puerum deduxisse?

Nonne Romam ad excolendum ingenium deductus est?

Quo Roma se contulit? Rogem quare Athenas se contulerit?

Nonne Athenas philosophiae discendae causa se contulit?

Quot annos Athenis studiorum causa egit?

Nonne pater noluit ut puer usquam a latere suo discederet?

Nonne Brutus, Macedoniam petens, secum Athenis eduxit Horatium?

"Relicta non bene parmula," a proelio Romam rediit, nonne?
Quaererem quis amicus esset?
Nonne Maecenatem "et praesidum et dulce decus" nuncupavit?
Quo aetatis anno mortuus est?
Nonne Horatii mors insecuta est post paucos dies quam Maecenatis?
Quid de ingenii scriptorumque elegantia dicatur?
Legistine ejus opera?
Nonne opera ejus de bellis civilibus pleraque sunt? W.

VIII—TENNYSONIS "DOMUS DESERTA."

Vita mensque evolarunt
Se foventes;
Fores ac fenestras linquunt
En! patentes.
Intus est nox tenebrosa,
Nec scintilla
Lucis per fenestras lucet,
Atque illa
Janua antea tam arguta
(Cardo aeque)

Silet. Fores claude, claude
Valvas, neque
Per fenestras videamus
Quam neglectum
Atrum, nudum et inane
Stet hoc tectum.

Linque domum—posthac nam est
Tristis locus.
Risus fugit hinc proinde,——
Abest jocus.

Veni, non hic hilaris sonus
Audietur.
Terrae domus luto facta
Nunc reddetur.
Linque domum,—Vita, Mensque
Abierunt,
Et in urbe alta, sacra
Nunc emerunt
Domum sibi quae manebit,—
Discesserunt.
Ah si hic nobiscum adsint!
Sed fugerunt.

—*Nugae Inutiles.*

IX—DE MORTE CICERONIS [*Velleius*].

Rapuisti tu M. Ciceroni lucem solicitam, aetatem senilem, et vitam miseriorem, te principe, quam sub te, triumviro, mortem; famam vero gloriamque factorum atque dictorum adeo non abstulisti ut auxeris. Vivit vivetque per omnem saeculorum memoriam; dumque hoc, vel forte vel providentia, vel utcunque constitutum rerum naturae corpus quod ille pene solus Romanorum animo, vidit, ingenio complexus est, eloquentia illuminavit manebit incolume, comitem aevi sui laudem Ciceronis trahet, omnisque posteritas illius in te scripta mirabitur, tuum in eum factum exsecrabitur. *

X—CAES. B. G. IN ORATIONE OBLIQUA. [*Cap. III.*]

III. Caesar dixit eis rebus adductos, et auctoritate Orgetorigis permotos, Helvetios constituisse ea quae ad proficiscendum pertinerent comparare, jumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxisse, in tertium annum profectionem lege confirmasse. Ad eas res conficiendas Orgetorigem delectum esse. Illum sibi legationem ad civitates suscepisse. In eo itinere persuasisse Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cujus pater regnum in Sequanis multos annos obtinuisset, et a senatu populi Romani amicus appellatus esset, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuisset; itemque Dumnorigi Haeduo, fratri Divitiaci, qui eo tempore principatum in civitate obtineret ac maxime plebi acceptus esset, ut idem conaretur persuasisse, eique filiam suam in matrimonium dedisse. Perfacile factu esse illis probavisse conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmasse. Ea oratione adductos, inter se fidem et jusjurandum eos dedisse, et regno occupato, per tres potentissimos ac firmissimos populos, totius Galliae sese potiri posse speravisse.

XI—CAESAR DE CONJURATIS. [*Sall. Cat. LI. o. o., alia pars.*]

Id item senatoribus providendum esse, ne plus apud se valeret P. Lentuli et ceterorum scelus quam sua dignitas, neu magis irae suae quam famae consulerent. Nam si digna poena pro factis eorum reperiretur novum consilium se approbare: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperaret, iis utendum censere quae legibus comparata essent.

Plerosque eorum qui ante se sententiam dixissent, composite atque magnifice casum reipublicae miseratos esse: quae belli saevitia esset, quae victis acciderent, enumeravisse; rapi virgines, pueros, divelli liberos a parentum complexu, matres familiarum pati quae victoribus collibuissent, fana atque domos spoliari caedem, incendia fieri; postremo armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia compleri.

Sed per deos immortales, quo illa oratio pertineret? an uti ipsos infestos conjurationi faceret? Scilicet quem res tanta et tam atrox non permoveret, eum orationem accensurum. Non ita esse: neque cuiquam mortalium injurias suas parvas videri: multos eas gravius aequo habuisse.

Sed aliam aliis licentiam esse: qui dimissi in obscuro vitam habeant, si quid iracundia deliquerint, paucos scire: famam atque fortunam eorum pares esse: qui magno imperio praediti in excelso aetatem agant, eorum facta cunctos mortales novisse.

Ita in maxuma fortuna minumam licentiam esse: neque studere neque odisse, sed minime irasci decere: quae apud alios iracundia dicatur, eam in imperio superbiam atque crudelitatem appellari.

S.

XII-DICTA AD TEMPORA DESIGNANDA PERTINENTIA [*ex Caes. B.G.*

Prima luce. [Saep.]
Orta luce. V. 8.
Q uum lux appateret VII. 82.
Sub lucem. VII. 84.
Multo die. I. 22.
Ad solis occasum. II. 15.
Solis occasu. I 50.
Sub occasum solis. II. 11.
Sub vesperum. III. 33; V. 58; VII. 60.
Ad vesperum. I. 26.
Noctu. [Saep.]
Prima nocte. I 27; II. 12; III 18.
Multa nocte. III. 26; VII. 28.
Ad multam noctem. I 26.
De media nocte. [Saepe.]
Paulo post mediam noctem.— IV. 36.
Media circiter nocte. V. 8, 53; VII. 11.
Ad mediam noctem. V. 31.
Media fere nocte. VII 39.
Superiore nocte. V. 10.
Proxima nocte. I. 40.
Ea tota nocte. I. 26.
Nullam partem noctis. I. 26.
Nulla pars nocturni temporis. V. 40.
Nocturnum tempus. V. 40.
Pristini diei. IV. 14
Pridie. [Saep.]
Postridie ejus diei. [Saep]
Paucis ante diebus. I. 18.
Superiorum dierum. III. 18.
Proximo die. I 50.
Ex eo die dies continuos quinque. I. 48.
Paucis post diebus. VI. 8, 10.
Paucos dies VII. 5; IV. 19; I. 13.
Perendino die. V. 31
Postero die. V. 11, 38.
Dies circiter. XXV. [Saep.]
Neque noctem neque diem intermittit. V. 38.
Septimo die. V. 43.
Post diem septimum. VI. 33.
Diem quintum. VI, 38.
Triduo. VII. 9.
Biduo. VII. 11
Tertio die. VII. 11.
Uno die. VII. 15.

Triduum. I. 26.
Biduum I 23.
A. d. q. Kal. Apr. I. 6.
Ad Idus Apr. I. 7.
In dies. V. 45.
Ab hora septima. I. 26.
Ad horam octavam. V. 35.
Hora circiter undecima diei. V. 46
Post horam nonam. V. 53.
Ad horam nonam. IV. 23.
Tribus horis. VI. 35.
Hora diei quarta. IV. 23.
Ab hora fere quarta. III. 15.
De quarta vigilia. I. 40.
Ante primam confectam vigiliam. VII. 3.
Prima confecta vigilia. VII. 60.
Tertia vigilia. IV. 23; III. 33.
De tertia vigilia. V. 9.
Secunda inita vigilia. V. 23.
Paucis mensibus ante I. 31.
Ante novam lunam. I. 50.
Luna plena. IV. 29.
Trium mensium. I. 5.
Primo vere. VI. 3.
Aequinoctium suberat. V. 23.
Propinqua die aequinoctii. IV. 36
Superiore aestate. IV. 21.
Multum aestatis. V. 22.
Aestivum tempus. VI 4.
Majorem aestatis partem. VII. 35
Prope exacta jam aestas erat.— III. 28.
Meridiano fere tempore. V. 8.
Hieme. V. 1. Hiemem. V. 22, 23.
Inita hieme. III 7.
Ante exactam hiemem VI. 1.
Hieme confecta VI. 2.
Sub bruma. V. 13.
Mensium et annorum initia.— VI. 18.
Multo annos. I. 31, 3.
Complures annos. I. 18.
Annuus. I. 16.
Biennium. I. 3.
M. Messala et M. Pisone Coss.— I. 2.
Superiore anno. IV. 38; V. 23.
Tertium hunc annum. V. 25.
Paucis annis. I. 31:

T.

XIII—JESU SANCTI FONS AMORIS.

Jesu, sancti fons amoris,
Praebe mihi sinum tuum,
Dum desaevit mare in oris,
Nec furorem sedet suum.
O Salvator meus, tege,
Ævi per procellam mali,
Et in portum tandem rege,
Vita fruar immortali.

Nunc confido Tibi soli,
Gaudet cor ex te pendere;
O me praeterire noli,
Adsis, usque consolere.
Totum Tibi me commisi,
Opem fers et tuto regis,
Caput indefensum, nisi
Umbra tuae pennae tegis.

Omnia es, Redemptor, unus
Mihi, potens me tuere,
Fessis, lapsis Dei munus,
Coecis, aegis Tu medere.
Nomen Tibi sanctitati,
Totus egens sum virtutis,
Ego plenus sum peccati,
Veritatis Tu, salutis.

Tibi veniae est abunde,
Quae omnem luat mi peccatum,
Flumen salutare funde,
Munda, serva me mundatum.
Vitae Tu fons immortalis,
Large bibam Te fluentem,
Intra cor ereptum malis
Et aeternum salientem.

—F. Smalley.

XIV—CICERONIS CATO MAJOR, XXI.

Quae mihi quo magis ante oculos videantur, amici,
Hoc propius ripam accedam irremeabilis undae,
Cur taceam? Qui vos genuere viri mihi cari,
Hos vitam optandam solam nunc vivere credo.
Nam velut inclusi ferro et compagibus artis,
Fungimur impositis nobis in carcere duris:
Est animus vero nobis divinaque origo
Nativa depressa domo, caligine tecta.
Credo immortales animos in corpora sparsos
Humana ab Superis, posthac coelum tuituros.
Quae ratione mea non polliceor mihi fretus,
Sed veterum verbis sapientum quos veneramur:
Talia vir Samius docuit juvenes Italorum:
Talia, quem dixit sapientem magnus Apollo,
Fatus spemque tulit jam tum moriturus amicis:
***"Spes magna est, clarum pretium:" quo ne timeamus.**

***Phaedo, LXII.** **R.**

XV—COLLATIO.

Utro ab oratore elegantius dicitur? fortius?

"Quo me miser conferam? quo vertam? in capitoliumne? at fratris sanguine redundat. An domum? ad matremne? ut miseram lamentantem videam et abjectam"

—G. Gracchus.

"Quo se miser vertet? Domumne? ut eam imaginem clarissimi viri, parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eamdem deformatam ignominia lugentemque videat? An ad matrem? quae misera, modo consulem osculata filium nunc cruciatur et sollicita est, ne eumdem paullo post spoliatum omni dignitate conspiciat?

—Cic. Pro Murena x. 41.

XVI—AENIGMATA.

(a) De somno.

Sponte mea veniens, varias ostendo figuras.
Fingo metus vanos nullo discrimine veri:
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.

(c) De aqua et glacie.

Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.

(d) Quam mater genuit, generavit filia matrem.

(e) De anno.

Est unus genitor cujus sunt pignora bis sex.
His quoque triginta natae, sed dispari forma.
Aspectu hinc niveae, nigris sunt vultibus inde.
Sunt immortales omnes, moriuntur et omnes.

Est autem hujusmodi aenigmatis solutio: Annus qui duodecim mensibus conficitur, quorum duodecim mensium quilibet triginta diebus luce et tenebris distinctis perficitur.

(f) Verg. in Bucolicis iii. civ.—cviii.

XVII—CIC. EPISTULA IN ORAT. OBLIQ. [*Fam. XIV. IV.*]

Scriptum est a Cicerone: Se minus saepe ad illos dare literas quam posset, propterea quod, cum omnia sibi tempora essent misera; tum vero, cum aut scriberet ad illos aut (literas) illorum legeret, conficeretur lacrymis, sic, ut ferre non posset.

Quod utinam minus vitae cupidi fuissent! certe nihil, aut non multum, in vita mali vidissent.

Quod si se et illos ad aliquam alicujus commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavisset; minus esse erratum a se et ab illis; sin haec mala fixa sint; se vero illam (Terentiam) quam primum, suam vitam, cupire videre, et in suo complexu emori; quando neque Dii, quos illa castissime coluisset, neque homines, quibus ipse servivisset, sibi et illi gratiam retulissent.

Se Brundisii apud M. Laenium Flaccum dies XIII. fuisse, quem virum optimum periculum ejus fortunarum et capitis prae sua salute neglexisse; neque legis improbissimae poena deductum esse, quominus hospitii et amicitiae jus officiumque praestaret.

Huic utinam aliquando gratiam referre possent! Habituros quidem semper.

XVIII—CASSANDRA SENECAE.

Si apud Aeschylum legis, confer quem dialogum inter Agamemnonem et Cassandram scripsit Seneca.

A. Festus dies est. C. Festus et Trojae fuit.
A. Veneremur aras. C. Cecidit ante aras pater.
A. Jovem precemur pariter. C. Herceum Jovem?
A. Credis videre te Ilium? C. Et Priamum simul.
A. Hic Troja non est. C. Ubi Helena est, Troiam puta.
A. Ne metue dominam famula. C. Libertas adest.
A. Secura vive. C. Mors mihi est securitas.
A. Nullum est periclum tibimet. C. At magnum tibi.
A. Victor timere quid potest? C. Quod non timet.

XIX—QUAESTIONES, [*Quis responsa optima dabit.*]

[Cap. I. Cic. I. in Cat.]

I. Quali ingenio fuit Catilina?

II Quorsum in senatum venerat?

III. Quid consilii Catilinae erat?

IV. Quid, te judice, Catilina proxima nocte egerat?

V. Quid Sallustius Catilinam ea nocte egisse scripsit?

VI. Num civis Romanus a magistratu sine judicio interfici potuit?

VII. Eratne pontifex maximus apud Romanos magistratus?

VIII. Quae verba hoc loco comparantur? ["Non tota modo totis, ad etiam partes partibus comparantur."]

IX. Quibus verbis senatus consultum factum est?

X. Quid potestatis senatus consulibus per id decretum permiserat?

XI. Num aliter sine populi jussu civis coercendi consulibus jus fuit?

XII. Quomodo Cicero collegam suum perpulit ne contra rem pu licam sentiret?

XX—COLORES APUD OVIDIUM, [*Metam.*]

Albus: II. 413; 541; 632; 832. IV. 51. XII. 144; 403. XIII. 800. XIV. 291; 509. XV. 46; 189; 213.

Argenteus: X. 213.

Ater: X. 454, XII. 402. XV. 44.

Aureus: X. 650. XII 395. XIII. 587.

Bicolor: VIII. 664; X. 93; XI. 234.

Candidus: II. 349; 861. V. 392. VI. 96. VIII. 677. X. 596. XII. 403. XIII 789. XV. 47; 194.

Candor: III. 423. IV. 332. X. 594.

Caeruleus: I. 333. XIII. 938.

Color: I. 270. II. 852. III. 183. VI. 65. IX. 691. X. 95; 459. XI, 589. XIII. 581; 989; 913. XIV. 267; 555. XV. 188, 204.

Concolor: X. 635. XI. 500.

Croceus: III. 150. X. I.

Eburneus: X. 592.

Flavus: I. 112. III. 617; 487. VI. 118; 130. VIII. 198, 275. IX. 715. XI. 165. XIV. 448. XV. 722.

Fulvus: I. 304. VI. 707. X. 191; 551; 716. XI. 499. XII, 273; 525. XIV. 345.

Fuscus; V. 286.

Niger: II. 478; 535. III. 221. VII. 239; 641. XI. 500; 568. XII. 326; 402. XIII. 601; 817. XV. 46; 187.

Niveus: II. 536; 865. III. 218; 423. IV. 89. V. 330. X. 138; 247; 432. XIII. 674; 829. XIV, 313.

Piceus: III. 155. XI. 549.

Purpureus: II. 23; 113. III. 184; 556; 495. VI. 49. VIII. 93. X. 125; 213. XI. 181. XII. 111. XIII. 814. XIV. 393.

Purpura: IV. 398. VI. 61. VIII. 80.

Rubigo: II. 776.

Roseus: VII, 705.

Rubor: I. 484. III. 523. VI. 47. VII. 555. X. 594. XIII. 898.

Rutilus: II. 112; 635.

Unicolor: XI. 611.

Virens: IV. 301.

Viridis: I, 112. II 371. III. 96; 324. IV. 505 V. 575. IX. 32. X. 87; 137; 166. XII. 23. XIII. 960. XV. 375; 573.

New York.

Dear Sir:—Please send me your excellent paper. I wish the Latin could be written and spoken in all our higher schools, or at least that Latin ideas might prevail among us: not Etruscan or Sabine.

Very truly yours, Eugene Lawrence.

Marietta, March 17, 1883.

We have *used* "Latine" in our classes from the first, and with great satisfaction. Students soon realize the fact that Latin is not necessarily a "dead" language. "Latine" is doing a good work, and each number is better than its predecessor. Let the good work continue. J. H. Chamberlain.

"I have been very much interested in it. Your enterprise, so novel, and conducted in such a lively way, cannot cannot fail to meet with commendation." A. G. Hopkins,

March 15th. Department of Latin, Hamilton College.

"It has been an inspiration to me all the year." E. K. Clark.

"I think you are doing a grand good work, and I find that it is shaking up the dry bones everywhere I know anything of Latin work." S. R. Bearce Pingree.

Honolulu, S. I., March 5th.

I beg to become a member. Am deeply interested in your reform. W. D. Alexander.

(Surveyor-General—for 7 yrs. Prin. Oahu College.)

Swarthmore College, Pa.

You omitted to send me Feb'y. As I value the little sheet, I do not want to miss any number. My best wishes are for a second equally successful year for "Latine." M. L. Austin.

It seems to be a brilliant idea, admirably carried out.

Charlton T. Lewis, Ph. D.

(Latine) will infuse much life into the study of the classics and lead to an acquaintance with what is best in the Roman civilization.

W. T. Harris, LL. D., Editor Journal Speculative Philosophy.

I have looked over Latine with great pleasure.

George William Curtis.

It meets a want that I have long known to exist.

P. V. Hickey, Catholic Review.

Your excellent "Latine." Edwin H. Fay, A. M., State Supt. Education, La.

Latine for March is still another proof not only of Prof. Shumway's energy, but of his statement that Latin can be made as alive as any modern language.—*The Continent* (*Phila.*)

Latine is likely to be a most remarkable work in this country in waking teachers out of the ruts, and in stimulating students to treat Latin as a language that is not a riddle like a Chinese puzzle. The variety that its editor manages to introduce is quite surprising. We are glad to know that *Latine* is meeting with hearty encouragement, for it is a credit to American scholarship and enterprise.—*Phila. Press.*

* * Not the least interesting feature of this excellent monthly [*Latine*] is the correspondence, in Latin, from widely-separated parts of this country and of Europe.—*The Critic, N. Y.*

* * It is not teachers alone, however, who will read *Latine* with interest; every one who has taken lessons in Latin or is at present a student therein, will peruse this little monthly with eager delight; and it cannot fail to revive and quicken interest in the noblest speech, next to the English, ever spoken by man.—*Columbus (O.) Herald.*

* * *Latine* has been commended by professional teachers all over the land and has already gained wide circulation. The receipt of such a serial every month ought not only to keep up the interest of scholars, but to arouse the attention of those who have long allowed their classics to become rusty.—*Utica (N. Y.) Herald.*

* * The March number of *Latine* gives a brief record of current events for the preceding month. * * While all this has a quaintly unfamiliar air, reminding one of a little minx masquerading in grandmother's cap and spectacles, it somehow induces you to look farther, and interests you, in spite of the fact that your Latin has grown rusty since your college days. And if you manage to stumble on through Gladstone's elegant Latin version of "Rock of Ages"—here reprinted—you will probably resolve that you, too, will spend some leisure hours in renewing your familiarity with the noble old Roman tongue. Certainly any earnest teacher, not actually a fossil, will here find much to stimulate and help him, either by furnishing material ready for use or by its suggestions,.—*Ogdensburg (N. Y.) Jour.*

* * The passage taken as a text furnishes the necessary words; and a slight knowledge of grammar will enable the pupil to engage in the exercise with great profit. In no other way can so rapid and thorough advance be made in learning Latin as in this.—*The Examiner, N. Y.*

There can be no question of its efficacy as an accompaniment to advanced instruction; and we should judge the contents of this little sheet as well adapted to the end in view.—*The Nation, N. Y.*

Winning golden opinions.—*Montreal Daily Star.*

The true and living way of teaching Latin.—*Malone Farmer.*

A unique little publication.—*N. Y. Herald.*

Is said to have won many friends.—*Tribune.*

Appears to be a capital little publication, full of useful aids for both teachers and scholars.—*The Graphic*, London, Eng.

Latine promises to give a new interest to the study of the language in this country.—*The Christian Union*, New York.

Is proving himself an apt and eloquent teacher of the Latin and is awakening great enthusiasm.—*National Baptist*, Phila.

Inspires the rather discontented query—"Why cannot some of us be young again, so as to learn Latin?—*The Standard*, Chicago.

If any of our friends want to become proficient in the Latin tongue, we commend to them Professor Shumway's Latine.—*Journal and Messenger*, Cincinnati.

Seems to be as practical as enthusiastic a Latin scholar.—*The Alliance*, Chicago.

A class of work that practically denies that Latin is a dead language.—*Journal of Education*, Boston.

The fee for membership of $2.00 also secures *Latine* till June. Single copies of *Latine*, 35 cents; to members, *for class use*, 10 cents.

EDGAR S. SHUMWAY.

Department of Greek and Latin, State Normal and Training School, Potsdam, N. Y.

TO MEMBERS OF THE LATIN CHAIN

I will, according to special arrangement with Prof. Shumway, furnish new German (imported) Books and Periodicals at 30 cents per Mark, which is a discount of 20 per cent. from importers' rates. The same rate per Mark for Anti quarian Books published more than 20 years ago. Catalogues of New and Second-Hand Books free on application.

PHILOLOGICAL PERIODICALS.

Periodical	Price
Philologischer Anzeiger, edited by Leu'sch, monthly	$4 50
Hermes, Zeitschrift fuer Klassische Philologie, edited by Kaibel and Robert, 2 vol. per year, each	3 60
Neue Jahrbuecher fuer Philologie and Paedagogik, edited by Fleckeisen and Masius, monthly	9 00
Reinisches Museum fuer Philologie, edited by Ribbeck and Buecheler, quarterly	4 20
Philologus, Zeitschrift fuer das Klassische Alterthum, edited by Leutsch, quarterly	5 10
Philologische Rundschau, edited by Wagner and Ludwig, weekly	6 00
Philologische Wochenschrift, edited by Hirschfelder	7 20
Bibliotheca Philologica Classica, quarterly	1 80
Jahresbericht ueber die Fortschritte der Klassischen Alterthumswissenschaft, edited by Bursian, monthly	9 00
Mittheilungen des Deutschen Archaeologischen Instituts in Athen, quarterly	5 00
Revue des langues romanes, monthly	4 00
Revue de philologie, de litterature, et d'histoire anciennes, quarterly	8 00
Romania, sur les langues et les litteratures romanes, edited by Mayer and Paris, quarterly	7 00

All the above and any other foreign periodical can be furnished promptly by

CARL SCHOENHOF,

Importer of Foreign Books and Periodicals,

146 TREMONT ST. BOSTON.

"*Non enim tam praeclarvm est scire* LATINE *qvam tvrpe nescire.*"--CIC. BRVT. CXL.

LATINE.

SINGVLIS MENSIBVS.

FASCICVLO SEPTIMO INSVNT

I—KALENDARIVM ROMANVM.

II—PHAEDO ET SOMNIVM SCIPIONIS.

III—CARMEN CATVLLI.[Parvvlis Qvaestt]

IV—HORATII ET CVRIATII.[Pars Tertia.]

V—APVD HORATIVM. [Interpretationes.]

VI—GRAMMATICE.

VII—PREX MARIAE SCOTIAE REGINAE.

VIII—DIALOGVS DE SCHOLA ROMANA.

IX—ALDVS DE RAT. GRAM. INST.

X—HYMNVS.

XI—CAESAR DE CONIVRATIS. [*o. o.* Pars Tertia.]

XII—HYMNVS.

XIII—CATVLLVS. [A Gyraldo.]

XIV—PLINI—"HORRIBILE DICTV. [Pars Sept.]

XV—EPISTVLAS SCRIBERE. [Dialogvs.]

XVI—COLORES APVD VERGILIVM-

XVII—CVPIDO ET PSYCHE. [Parvvlis.]

XVIII—CICERONIS EPISTVLA.

XIX— QVAESTT. DE TEMPORIBVS.

XX—EPISTVLAE.

EDIDIT E. S. SHUMWAY.

KAL. MAI., - - - - MDCCCLXXXIII.

POTSDAMI, NOV. EBOR., IN AMERICA.

[*Constat L. HS. per annvm.*]

Courier Print, Potsdam, N. Y.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

POTSDAMI, NOV. EBOR.

LATINE.

KAL. MAI. MDCCCLXXXIII.

"*Multa Roga: Retine docta: Retenta doce.*"—COMENIUS.

Lector: Quid tibi vis, O ephemeris parvula?

Latine: Rationem linguae meae docendae fovere meliorem, discipulos adjuvare exemplis, dormitantes stimulare quaestionibus ac pensis, literarum latinarum amicos praeceptoresque contra hostes insanos conjungere.

Lector: Quomodo exstitisti?

Latine: Æstate praeterita, societas latina orta fuerat cujus ad participes folia singulis mensibus missa sunt. Ea societas, indies crescens, ephemeridem postulavit. Ergo—sum.

Lector: Ubi sunt hi socii?

Latine: Paene ubique in America; immo, nonnulli sunt in Europa et Asia.

KALENDARIUM MAI.: in quo, praeter seriem Dierum, Festa, Ludi, Ortus et Occasus Siderum, aliaque nonnulla scitu digna adnotantur.

Martis dies	1	Kal.	*Bonae Deae. Laribus Praestitibus* ara posita. Capella oritur.
Mercvrii dies	2	VI.	Hyades oriuntur.
Jovis dies	3	V.	Centaurus oritur.
Veneris dies	4	IV.	
Saturni dies	5	III.	Lyra oritur.
Solis dies	6	Prid.	Scorpius medius occidit.
Lunae dies	7	Nonae.	
Martis dies	8	VIII.	
Mercurii dies	9	VII.	*Lemuria.*
Jovis dies	10	VI.	
Veneris dies	11	V.	Orion occidit.
Saturni dies	12	IV.	*Martis Bisultoris.*
Solis dies	13	III.	Pleiades oriuntur. Æstatis initium.
Lunae dies	14	Prid.	Taurus oritur.
Martis dies	15	Idus.	*Mercurii* natalis. *Mercatorum* dies festus.
Mercurii dies	16	XVII.	
Jovis dies	17	XVI.	
Veneris dies	18	XV.	
Saturni dies	19	XIV.	Sol in Gemini.
Solis dies	20	XIII.	
Lunae dies	21	XII.	*Agonalia Vejovi.* Canis oritur.
Martis dies	22	XI.	
Mercurii dies	23	X.	*Vulcano Maiae.* Tubilustrium.
Jovis dies	24	IX.	*Regifugium* alterum.
Veneris dies	25	VIII.	*Fortunae* templum. Aquila oritur.
Saturni dies	26	VII.	Arctophylax occidit.
Solis dies	27	VI.	Hyades oriuntur.
Lunae dies	28	V.	
Martis dies	29	IV.	
Mercurii dies	30	III.	
Jovis dies	31	Prid.	

PHAEDO ET SOMNIUM SCIPIONIS.

"Quis uberior (est) in dicendo Platone? Jovem, aiunt philosophi, si Graece loquatur, sic loqui. Lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur."—*Cicero.*

Politicus: Quid est quod in suo Phaedone nobis ostendat Plato?

Philosophus: Nullum "somnium," sed veritatem—Socratem moriturum nec non et cum amicis de vitae spe futurae loquentem.

Polit.: Quid de vita audiemus?

Phil.: Socratem confirmare aut peritis quaestionibus amicos suos adjuvare ut probent illam, cujus in fide moriturus sit, esse immortalitatem; gaudium pacemque quae ex sua fide oriantur his prope verbis declarare: Philosophi animus—quam valde corpore, et corporis voluptatibus, et doloribus, et curis liberari, ut ad veritatem cogitandam et ad absolutam pulchritudinem, puritatem, sapientiam attingendam se consecret, desiderat! philosophum igitur mortis non piget. Si ductum deorum amisit, ad superiores deos duces adit. Si carissimos amicos reliquit, ad ceteros qui aeque fideles erunt, adit. Si temperantiam, justitiam, fortitudinem, nobilitatem, veritatem hoc in orbe secutus sit, attingere, altiore in vita, speret ad divinam naturam.

Polit.: Ego quidem Socratis pulchritudinem sermonis sentio: at philosophia Ciceronis mihi est utilior.

Phil.: Somniumne fuit Ciceroni id quod quadringentos ante annos Socrati fuerat veritas demonstrabilis? (probabilis?)

Polit.: Cicero mortem non timuit sed evitavit quod pro republica labor morienti relinquendus esset; quod mors eum inutilem et impotentem redderet.

Phil.: Dixit: "Certum esse in caelo definitum locum ubi beati aevo sempiterno fruantur."

Polit.: Non sibi tantum virtutem atque beatitudinem desiderabat, sed nonnihil etiam "ad communem adferre fructum" semper volebat.

Phil.: Scripsit autem: "Suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus."

Polit.: Inquit quoque: "In omni autem honesto, de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quam conjunctio inter homines hominum, et quasi quaedam societas et communicatio utilitatum, et ipsa caritas generis humani" Omnibus virtutibus, Cicerone teste, praestat amor patriae. "Omnibus, qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in caelo ac definitum locum. —Nihil est enim illi principi deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia coetusque hominum jure sociati, quae civitates appellantur."

Phil.: Nonne Ciceronis vita multo melior quam Romanorum vita permultorum, praeceptaque ejus sapientissima "Somnium" ei veritatem esse habitum nobis persuadent?

Polit.: Spes ejus fidesque erant, me judice, quae erant viro habendae summa diligentia quotidianis studiis dedito officiisque omnibus quae ad homines pertinerent. Has Ciceronis sententias de humano genere cuique viro, omni civi fideli esse oportet.

Phil.: Cicero quidem ut Africanus, his verbis: "Nec enim tu es, quem forma ista declarat; sed mens cujusque, is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest Deum te igitur scito esse; siquidem deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus: et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet." Quanto tamen gaudio, ceteris relictis, ad teneritatem et pacem et pulchritudinem et spiritum divinum Phaedonis revertimus.

CARMEN CATULLI, [*Coll. XXVI.*]

[Plus uno maneat peremue saeclo.]

Passer mortuus est meæ puellæ,
Passer, deliciae meæ puellæ,
Quem plus illa oculis suis amabat;
Nam mellitus erat suamque norat
Ipsam tam bene quam puella matrem;
Nec sese a gremio illius movebat,
Set circumsiliens modo huc modo illuc
Ad solam dominam usque pipiabat,
Qui nunc it per iter tenebricosum
Illuc, unde negant redire quemquam.
At vobis male sit, malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella devoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis.—*Catullus.*

Quid est passer? Nonne avis est parvula? Amasne, *Julia* mea. aves? O *Alfrede*, esne crudelis? Ne vulnera avem! Ne everte nidos! Quam celeriter aves volant! Potesne volare, *Amabilis?* Quare, *Bellis*, Amabilis volare non potest? Habesne alas, *Jana*? Quomoda ambulas et curris, *Henrice?* Quomodo avis volat? Ubi, *Laura*, aves habitant? Nonne in arboribus? Aliae aves sub tecto habitant. Ita est. Hirundines ibi nidos faciunt. Et garriunt, pipiant. Pater hirundo et mater parvulis fabellas narrant de gigantibus accipitribus et parvulo Jacobo Hirundine qui gigantes accipitres interfecit—"O bella, bella," dicit parvula, "Ego ero Jacobus"—"Non, non, ego," clamat alia. Et columbae—quam valde amant! Circumsiliunt modo huc modo illuc, et semper "coo," "coo," vocant. Nonne amas. *Lydia*, columbas? Nunc, *Jana*, quis erat Catullus? Eratne historicus, an poeta? Cujus passer mortus est? Cujus puellæ? Nonne passer puellæ Catulli mortus est? Nonne puella passerem amabat? Quam valde? Nonne illa puella passerem plus oculis suis amabat? Quomodo vides, *Francisce?* Nonne oculos tuos amas? Amasne, *Frederice*, tuum catulum plus oculis tuis? Quare Catulli puella passerem amabat? Nonne puella bene novit suam matrem? Hic passer mellitus suam dominam noverat tam bene quam puella matrem novit. Nonne puella, *Gulielme*, benigna et benevolens erat? Itaque puellam passer amabat nec sese a gremio puellæ movebat. Potesne salire, *Alfrede?* Quot pedes? Sex? Et, *Clara*, circumsilis, nonne, super funem? Sed circumsiliens passer ad dominam semper pipiabat, nonne? Et domina eum amabat, sed nunc it per viam mortis, nonne? Num quisquis ex morte nobis redit? Sed ad eos in caelum ibimus, nonne? Num Catullus, *Harrietta*, amat mortem? Nonne maledixit? Nonne dixit: "Tu, mala mors, omnia bella devoras?" Estne mors semper mala, Flora? Nonne janua est per quam in cælum introimus? Sepelisne, *Elisabetha*, aves? Puellam novi nomine *Helenam* quae aves mortuas sepelit et monumentum facit. *Georgia*, quid dicit Jesus de passeribus?

"Unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro."

HORATII ET CURIATII. [*Pars Tertia. V. Liv. XXV.*]

Nuntius: Spectaculo erant. Duo Romani, super alium alius, vulneratis tribus Albanis expirantes corruerunt.

Senex: Id dixi: Nunc Albani vincent.

Nuntius: Tunc conclamavit gaudio Albanus exercitus. Nostras legiones jam spes tota deseruerat, exanimes vice unius, quem tres Curiatii circumsteterant. Forte is integer fuit. Ergo, capessit fugam—

Senex: Ignavus! at pater eum interficiet.

Nuntius: Ut segregaret pugnam. Jam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat, quum respiciens videt magnis intervallis sequentes, unum haud procul ab sese abesse; in eum magno impetu rediit, et, dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, uti opem ferant fratri, jam Horatius, cæso hoste victor, secundam pugnam petebat.

Mulier: Prudenter fortiterque pugnatum! Quid dicis, O Senex?

Senex: Sile, Lingua feminina. Duo victores manent.

Omnes: Fac nos certiores, O Nunti.

Nuntius: Tunc clamore nos adjuvamus Horatium nostrum et ille defungi proelio festinat. Prius itaque, quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, et alterum Curiatium conficit. Jamque, æquato Marte, singuli supererant, sed nec spe nec viribus pares. Nec illud prœlium fuit: Horatius exsultans, "duos," inquit, "fratrum Manibus dedi, tertium causæ belli hujusce, dabo;" male sustinenti arma gladium superne jugulo defigit, jacentem spoliat.

Omnes: O Romam felicem, O nos beatos!

Senex: Novi, novi! Meus Publius fuit, cujus gladium feci! Nonne Horatius fuit Publius?

Nuntius: Publius Horatius est patriae servator, et nunc una cum exercitu advenit. Nonne sonos tibiarum auditis? Extra portam Capenam est.

Omnes: Ad portam Capenam! Victor advenit! Flores victori, virgines! Libertas! Victoria!

(*Exeunt.*)

Mulier: At—Ah miseram Horatiam!

APUD HORATIUM.

Neue Jahrbuecher.—Sat. II. 6, 44 read: Thrax est, gallina, Syro par? Carm. III. 26, 11—12: regina sublimi flagello, Tange Chloen semel arrogantem! Ars P. 421 to be joined to foll. line. Sat II 3, 187: punctuate after vetas; so Sat. II. 7, 104. Carm. III. 23 join ustica to previous nascente Luna. Carm. IV. 11, 5 multa to the foll'g. Carm. IV. 3, 21—23, after tuist, semicolon; after lyrae, comma. Carm. IV. 15, 2, vocative. Carm. III. 30, 2, monumentum aere perennius the merit of having transplanted to Roman soil the Æolian poetry. Carm. IV. 9, 34—39 Vindex and consul vocative. Carm. III, 10, 15, pælex the muse, vir saucius a poet. Carm. I. 14, Navis the life (Lebensschifflein) of Horace, cyclades like Prop. V. 7, 40. *Blaetter fuer d. bay. gym.*— Sat. I. 1, 21 for se read sic: in next join tam facilem to aurem. Carm III, 30, 14, with Melpomene, mea.

GRAMMATICE.

NOMEN dividitur in duas partes—in substantivum et adjectivum.

Nomen adjectivum adjicitur nominibus substantivis ad eorundem qualitatem vel quantitatem declarandam, ut *Caelum profundum, nix alba.*

PRONOMEN pro nomine est (vel nominis officio fungitur) ut *ille.*

Nomen substantivum in duas partes dividitur—in proprium et appellativum.

Proprium uni tantum convenit.

Appellativum est commune multis.

De *nomine adjectivo* vocabulo "*comparativ*" utimur.

Gradus comparationis sunt tres, positivus, comparativus superlativus.

Comparativus positivo praefertur.

Superlativus comparativo superfertur.

Genera sunt masculinum, femininum, neutrum.

Numeri sunt singularis et pluralis.

Casus sunt nominativus, genetivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. [Vel casus latinus.]

Per nominativum aliquid nominamus.

Per gen. genus cujuscunque quaerimus.

Per dat. alicui aliquid nos dare domonstramus.

[Per acc. accusamus.]

Per voc. vocamus aliquem.

Per abl. nos ab aliquo auferre demonst.

VERBUM est activum vel passivum vel neutrum vel deponens.

Tempora verborum sunt praesens, praeteritum imperfectum, perfectum, plusquamperfectum, futurum, futurum exactum.

Modi verborum sunt indicativus, subjunctivus, imperativus, infinitivus.

Species verborum sunt inchoativa, diminutiva, frequentativa, desiderativa.

Personae verborum sunt tres—prima, secunda, tertia.

Numeri verborum sunt duo—singularis et pluralis.

Conjugationes verborum sunt quatuor—prima, secunda, tertia, quarta.

PARTICIPIUM partem capit nominis, partemque verbi. Genus, casus, tempus, numerus participio accidunt.

ADVERBIUM, adjectum verbo, significationem explanat et implet.

PRAEPOSITIO praeponitur aliis partibus orationis. (Vel per appositionem, ut eo *ad philosophos*, vel per compos, ut *adeo.*)

CONJUNCTIO conjungit alias partes orationis.

INTERJECTIO interjicitur aliis partibus orationis.

PREX MARIAE SCOTIAE REGINAE.

O Domine Deus, speravi in te!
O care mi Jesu, nunc libera me:
In dura catena, in misera poena
Desidero te:
Languendo, gemendo, et genu flectendo
Adoro, imploro ut liberes me.

DIALOGUS DE SCHOLA ROMANA.

P. Erasne, mi fili, in schola hodie ?

F. Certe eram, mi pater, et multa discebam.

P. De historia?

F. Multum de historia Romana. Visne audire? Duo Romani in eodem anno nati sunt.

P. Qui erant?

F. Cicero et Pompejus: quorum alter orator summus, alter imperator summus.

P. Quali in schola discebant?

F. In schola Romana.

P. Quis erat magister?

F. Servus quidem.

P. Quid Cicero et Caesar discebant?

F. O dic mihi, pater! Non est in meo libro.

P. Bene audis, mi fili care. Narrabo igitur. Initio discebant literarum notas. Potesne legere et scribere?

F. Possum. Epistolam de avibus ad meum praeceptorem misi. Dixit "optime."

P. Mihi placet. Nunc, pavuli Caesar et Cicero legere et scribere discebant.

F. Qui scriptor id scripsit?

P. *Plutarchus* id demonstrat. Scripsit vitam Catonis. Cato filium suum ipse docuit literarum notas. Servum doctum habebat sed nolebat servum docere suum filium.

F. Quomodo pueri scribere discebant?

P. Principio praeceptor literas majusculas (ut A. B.) scribebat, ut narrat *Plutarchus* de Catone. Tum pueri ad praescriptum discebant, digiti eorum tenebantur, et aliena manu per literarum simulacra ducebantur. Id *Seneca* nobis suavissime narrat.

F. Num praeceptor Romanus nihil nisi legere et scribere pueros docebat?

P. Minime. Numerandi ars pertinebat ad primas literas.

F. At ego quidem Arithmeticam non amo.

P Recte non facis, nam *Quintilianus* dixit numerorum quidem notitiam cuicunque erudito necessariam esse.

F. Verum est; sed Quintilianus praeceptor erat!

P. In arithmetica docenda praecipua constabat institutionis puerilis pars.

F. Nonne Romani curae peculii nimis addicti erant?

P. Profecto. Itaque prae illa arithmetica alia graviora et efficaciora negligebant—sicut multi hodie.

F. Cicero scripsit in suis libris de Legibus: "Discebamus pueri XII. ut carmen necessarium." Quid significat hoc vocabulum "duodecim."

P. Erant XII tabulae legum Romanarum. Potesne recitare Decalogum.

F. Possum. Audi—

"Non habebis deos alienos coram me," et —

P. Credo. Itaque pueri Romani discebant leges Romanas.

F. Erantne oboedientes?

P. Obedientissimi. Ea de causa Roma erat terrarum imperatrix.

F. Nonne pueri dicta clarorum virorum et electos ex poetis locos discebant?

P. Id indicat *Horatius*, et *Quintilianus* rem commendavit.

F. *Aldus* confirmat id melius esse quam multas regulas grammaticas ediscere. Sed tenesne memoria nomen alicujus praeceptoris clari?

P. *Livius Andronicus*, et *Ennius* praeclari erant. Docebant graeca Latinaque lingua (*Suetonio* teste.) *Ennius* scripsit de literis syllabisque duos libros.

ALDUS DE RATIONE GRAMMATICAE INSTITUENDAE.

Aldvs P. Manvtivs Romanvs, literarii lvdi magistris S. P. D.

* * * * * *

Alterum, quod vos meminisse velim, est nequid nisi doctissimorum authorum ediscere cogatis adolescentulos, immo ne grammaticas quidem regulas, nisi compendia quaedam brevissima, quae teneri facile memoria queant, laudo eos ediscere, sed tantum ut illas assidue, accurateque legant, nominaque et verba declinare optime sciant. Nam dum lucubrationes numerosas vel carmine, vel prosa oratione, etiam de arte commendare memoriae eos cogimus, erramus, (ut mihi quidem videtur) multis modis. Primum quod quae summo labore edidicerunt, dediscunt paucis diebus. Quod ego et puer olim, et juvenis, compositis etiam a me regulis sum saepe expertus. Nam cum generum regulas, praeteritorumve summa cura memoriae mandassem perbrevi eas obliviscebar.

Idem ceteris quoque evenire existimo. Praeterea difficultate tum materiae tum styli, eo desperationis veniunt ut et scholas, et literas fugiant, et studia, quae amare nondum possunt, maxime oderint. Tum eo ipso tempore, quo nostra ediscunt, facilius meliusque vel Ciceronis aliquid, vel Virgilii, aliorumve illustrium possent ediscere, olim et decori et commodo illis non mediocri futurum * * * Optimos, et statim, et semper legendos putat Quintilianus, atque eorum candidissimum quemque et maxime expolitum. Tum de Cicerone sic inquit. Cicero (ut mihi quidem videtur) et jucundus incipientibus quoque et apertus est satis nec prodesse tantum sed etiam amari potest.

Venetiis, Mense Octobri, MDVII.

HYMNUS.

Res nos visas docet *fides*,
Quam habemus certam testem;
Et, quum Christo fretus, vides
Palmam etiam nunc caelestem.

***Spes* est fulgens, clara stella,**
Menti lumen est; ad metum
Depellendum inter bella
Vitae, dux per triste letum.

***Amor* fert, benignus, cuncta,**
Constans, malo non tenetur;
Est cum Deo mens conjuncta
Quum amore possidetur.

Fides, amor, spes, sacrata
Perstat trias, nobis bonum:
Amor, res superne nata,
Summum Dei nobis donum.

—F. Smalley.

CAESAR DE CONJURATIS. [*Pars tertia, o. o.*]

Equidem se sic existimare: omnis cruciatus minores quam facinora illorum esse: sed plerosque mortales postrema meminisse et in hominibus impiis sceleris eorum oblitos de poena disserere, si ea paullo severior fuisset.

D. Silanum, virum fortem atque strenuum, certe scire se, quae dixisset studio reipublicae dixisse; neque illum in tanta re gratiam aut inimicitias exercere: eos mores eamque modestiam viri se cognovisse.

Verum sententiam ejus sibi non crudelem (quid enim in talis homines crudele fieri posset?) sed alienam a republica Romana videri. Nam profecto aut metum aub injuriam Silanum subegisse, consulem designatum, genus poenae novum decernere.

De timore supervacaneum esse disserere, cum praesertim diligentia clarissimi viri consulis tanta praesidia essent in armis.

De poena posse se equidem dicere id quod res haberet in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum esse, eam cuncta mortalium mala dissolvere, ultra neque curae neque gaudio locum esse.

Sed per deos immortalis, quamobrem in sententiam non addidisset Silanus uti prius verberibus in eos animadverteretur? An quia lex Porcia vetaret? At alias leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti jubere.

An quia gravius esset verberari quam necari? Quid autem acerbum aut nimis grave esset in homines tanti facinoris convictos? Sin quia levius esset qui conveniret in minore negotio legem timere, cum ea in majore neglecta esset?

S.

HYMNUS.

Laus tibi sit
O fidelis deus

Qui nunquam confundis
In te confidentes,
Sed eos magis glorificas.

Tu propugnaculnm
Adversus hostiles
Incursatus et insidias,

Pastor noster,
Disruptor laquei.

Tu conservas,
Qui timent te valde,
Magnam dulcedinem,
Deus indulgens.

CATULLUS.

Fuit * * * * Caius Valerius Catullus, patria (ut scitis) Veronensis, poetarum omnium, ut multorum est opinio, * * * * lepidissimus: doctissimus quoque, vel eorum temporum poetarum testimonio ac consensu. Natus quidem in peninsula Sirmione lacus Benaci in agro Veronensi, ut ipsemet ad ipsam Sirmionem cecinit. Olympiade circiter CLXX. ut Hieronymus ex Chronicis Eusebii observat. Patrem habuit Valerium Caesari hospitem: tametsi Catullus ipse in Caesarem aliquando invectus est, id quod vel ex iis qui leguntur versibus facile resciri* datur. Nam et Suetonius, "Valerium," inquit, "Catullum a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulaverat satis facientem eadem die coenae adhibuit, hospitioque patris ejus sicut consueverat uti perseveravit," hactenus Suetonius. Sui temporis Catullus virorum illustrium in arte oratorio, tum in poetica, amicitia usus est Ciceronis, Planci, Calvi, Cinnae, aliorum.

— — Fratrem habuit cujus mortem suis versibus deploravit, ad Ortalum scribens et ad Manlium, ad hunc enim ita.

"Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
Abstulit, o misero frater adempte," &c.

Ad Ortalum:

"Namque mei nuper Lethaeo in gurgite fratris," &c.

Eidem et inferias persolvit, illuc usque navigans ubi perierat, his versibus:

"Multas per gentes et multa per aequora vectus," &c.

Catullus vero et ipse immaturo decessit fato. GYRALDUS.

*Pro "rescisci," V. Gell. II. 19.

Plini.—"HORRIBILE DICTU." [*Pars Septim.*]

Initio, quale ubique, silentium noctis: deinde concuti ferrum, vincula moveri. Ille non tollere oculos, non remittere stilum, sed obfirmare animum, auribusque praetendere. Tum crebrescere fragor, adventare, et jam ut in limine, jam ut intra limen, audiri. Respicit: videt agnoscitque narratam sibi effigiem. Stabat, innuebatque digito, similis vocanti. Hic, contra, ut paulum exspectaret manu significat; rursusque ceris et stilo incumbit.

Quando nox silebat?
Ubi erat silentium noctis?
Nonne tale silentum in domo erat quale in aliis locis?
Audivitne initio sonum?
Nonne (poste paullum) ferrum concuti coepit?
Nonne horribile erat auditu?
Cujus vincula moveri coeperunt?
Timuitne noster Athenodorus?
Quid faciet?
Nonne arbitraris locum et tempus eum timidum facturum esse?
Scisne utrum mansurus an cursurus sit?
Nonne difficile fuit oculos non tollere?
Nonne perseverantiae erat stylum non remittere?
Credisne eum tristia verba scripturum esse?
Obfirmaresne animum si monstrum tibi videndum esset?
Nonne animus tibi obfirmandus est?
Cur putas animum philosopho obfirmandum esse?
Fuitne facile animum obfirmare?
Quomodo potuit philosophus suis auribus praetendere?
Nonne fortitudinis magnae fuit oculos non tollere, stylum non remittere, animum obfirmare, auribus praetendere?
Eratne fragor creber initio?
Nonne ad multam noctem fragor crebrescere coepit?
Quid deinde adventabat?
Nonne e proximo reddebatur?
Poteritne fragor in limine audiri?
Tum demum intra limen fragor horribilis auditur?
Credisne eum fragorem auditum simulacrum fuisse?
Nonne jam jam philosophus noster celeriter curret?
Quis respicit?
Potestne oculos non tollere?
Qua de causa respicit?
Scisne quid viderit?
Quomodo scit metus inanes non esse?
Quam effigiem agnoscit?
Nonne effigies philosopho narrata erat priusquam domum conduxit?
Qualis effigies aetate fuit?
Corpore? Barba? Capillo?

Cui videtur?

Scisne a quo effigies agnita sit?

Quis stabat?

Stetitne noster philosophus?

Dubitasne quin steterit et discesserit?

Dic mihi quomodo effigies innuerit?

Poteratne effigies vocem edere?

Nonne ea de causa innuebat digito?

Quomodo muti vocant? Voce an digito innuendo?

Nonne mutus innuens digito similis est vocanti?

Voca me digito?

Quis est *hic?*

Nonne hic illam effigiem innuentem videt?

Nonne illa ab hoc videtur? (huic).

Nonne illa hunc digito innuendo vocavit?

Respondetne hic illi effigiei?

Nonne Athenodorus aliquid manu significat?

Nonne manu significat effigiei ut paullum expectaret?

Volebatne effigies expectare?

Nonne erat contra ejus voluntatem?

Expectabitne paullum?

Nonne summae audaciae fuit ut paullum expectaret monstro significare?

Quid agit noster audax?

Nonne iterum scribere coepit?

Incubuissesne rursus ad scribendum si monstrum tibi visum esset?

Fuitne haec audacia effigiei dignitate digna?

Nonne effigies hanc audaciam aegre feret?

EPISTOLAS SCRIBERE.

Quid quaeris?

Chartam: volo scribere epistolam: habesne chartam epistolarem?

Tres scapos. Iisne indiges?

Plagulam da mihi mutuam, si vis. Debeo epistolam scribere, sub vesperum. Involucrum etiam mihi commoda.

Duone sufficiunt?

Alterum album et flavum alterum velim.

Num haec epistola per tabellarium mittenda?

Non; sed egomet eam ad mensam tabulariam feram.

Si quidem hodie mittenda, nullum tibi tempus remanet

Cito scribam; nec ero longus. Quotus mensis dies hic est?

Nonne scis?

Quot dies Januario sunt?

Triginta et unus.

Hodie ergo est sextus Kalendas Februarias.

Non; heri fuit Saturni dies: ergo est VII Kal Feb.

Nonne sumus in anno bissexto?

Quid ergo? Nondum est Februarius.

Quae dies hebdomadis haec est?

Cras Lunae dies erit: sequitur ut hodie Solis dies sit.

Non *sequitur;* nisi dialecticorum more dicis.

Sed oblitus sum locum inscribere.

Novam plagulum accipe. Benigne.

Plica epistolam, et eam involucro insere; eja, age: tempus irreparabile fugit.

Huic involucro mucilaginem avarus illevit. Nunc tantum titulus remanet.

Licetne mihi titulum legere?

Titulum et reliqua, si potes, lege: nam ea Latine scripsi, ne ab omnibus legerentur.

Astutus quidem!

Cera signatoria non mihi est.

Mucilagine utere.

Eam invenire non possum.

Ecce cera! nunc lucernam accende, et ceram calefac. Hic ceram appone, et preme sigillo.

Jam satis. Nunc afferam litteras ad mensam tabulariam. Nonne antem ei imaginem apponere debeo?

Certe. Qualem? Trium assium.

Non habeo nummos.

Accipe ergo thalerum: sed refer residuum. H. ET S.

COLORES APUD VERGILIUM.

Albus: Buc. VII, 38. Aen. V. 565; 567. VII. 417; 517, 667. VIII. 45, 82. IX. 548, 651. X. 575. XI. 580. XII. 69, 87. Geor. II. 146. Geor. III. 56, 82. Geor. IV. 130.

Albescere: Geor. I. 367. III. 237. Aen. IV. 586. VII. 528.

Ater; Geor. I. 275. III. 507. IV. 407. Aen. I. 89, 165, 511. II. 365. 516.—III. 28, 33, 64. IV. 248. V. 721. VI. 249, 274, 866. VII. 456, 466, 525, 801. VIII. 258. IX. 36, 333, 472. X. 114, 730.

Aureus: Buc. III. 71. VIII. 52. Geor. IV. 51, 274. Æn. II. 488. VIII. 659. IX. 270. XI. 932.

Aurum: Æn. V. 37.

Bicolor: Æn. V. 566. VIII. 276.

Caerula: Æn. II. 381. III. 209. VII. 199 VIII. 622, 672. X. 209.

Caeruleus: Aeor. I. 236, 453. Geor. IV. 380, 482. Æn. III. 64; 194, 432. V. 15, 87, 123. VI. 410. VII. 346. VIII. 64. XII. 182.

Candeo: Æn. VI. 895. XII. 81.

Candidus: Buc. I. 29. II. 16, 46. V. 56. VII. 38. IX. 41. Geor. I. 217, III. 387. IV. 337. Æn. V. 571. VI. 708. VII. 8. VIII. 82, 138, 608,

Candor: Æn. III. 538.

Color: Geor. I. 452. II. 178, 255. IV. 254, 306, 335. Æn. IV. 701. V. 89, 609. VI. 47. VII. 191.

Coloratus: Geor. IV. 293.

Concolor: Æn. VIII. 82.

Discolor: Æn. VI. 204.

Croceus: Buc. IV. 44. Geor. I. 56, 447. IV. 109. Æn. I. 649, 711. IV. 585, 700. VI. 397. IX. 460, 614. XI. 775.

Ferrugo: Æn. XI. 772.

Ferrugineus, Geor. IV. 186. Æn. VI. 303.

Flaveo: Æn. IV. 590. VII. 721. X. 324. III. 360.

Flavus: Geor. I. 73, 96, 316. IV. 339, 352, Æn. I. 592. IV. 559, 698. V. 309. VII. 31. XII. 605.

Fulvus: Geor. III. 383 IV. 408. Æn. IV. 159. V. 374. VI. 643. VII. 76, 279, 688. VIII. 552. X. 134, 562. XI. 642, 751. XII. 247, 792.

Fuscus: Æn. VII. 408.

Gilvus: Geor. III. 83.
Glaucus: Æn. VI. 416. VIII. 33. X. 295. XII. 885.
Marmoreus: Geor. IV. 523.
Niger: Buc. II. 16, 18. VII. 50. X. 39. Georg. I. 194, 320, 428. II. 116, 214. 255, 258. III. 388, 451; 278 IV. 126, 275, 291, 468, 478. Æn. I. 489. IV. 404. V. 516, 696. VI. 153, 238. VII. 414. VIII. 599. IX. 33, 381; 714. XI. 596. XII. 473.
Nigro: Æn. V. 97. VI. 243. IX. 87.
Nigrescere: Æn. IV. 454. XI. 824.
Niveus: Buc. II. 20, VI. 46. Geor. I. 15. III. 391, 487. Æn. I. 469. IV. 459. VI. 665. VII. 699. VIII. 720; 387. XI. 39.
Nivalis: Æn. III. 538.
Palleo: Æn. IV. 243. VIII. 709.
Pallidus: Geor. I. 277. 446. Æn. III. 217. IV. 644. VIII. 197.
Piceus: Æn. IX. 813.
Purpura: Geor. II. 495. IV. 275. Æn. VII. 251.
Purpureus: Buc. V. 38. Geor. I. 405. II. 95. Geor. III. 25. IV. 373. Æn. I. 591. III. 405. V. 79. VI. 221; 641, 884 IX. 163, 349, 435. X. 722. XI. 819. XII. 414.
Puniceus: Buc. V. 17. VII. 32. Geor. III, 372. Æn. XII. 77, 750.
Roseus: Æn. I. 402. II. 493. VI. 538. VII. 26. IX. 5.
Rubescere: Geor. II. 34. Æn. XII. 77.
Ruber: Geor. III. 359. Æn. VIII. 686. IX. 50. XII. 89, 247.
Rubeus: Geor: I. 256.
Rubeo: Buc. III. 63. IV. 43. VI. 54. Geor. I. 234, 251. G. IV. 182. II. 430. Æn. IX. 270. X. 273. VII. 25. XII. 68.
Rubicunda: Geor. I. 297.
Rubigo: Geor. I. 495. II. 220.
Rubor: Geor. I. 430.
Rutilis: Geor. IV. 88.
Sanguineus: Æn. XII. 67.
Tingo: Æn. XII. 91.
Versicolor: Æn. X. 182.
Viola: Buc. V. 38. X. 39. Geor. IV. 275. Æn. XI. 69.
Viridis: Buc. I. 76. II. 8, 30. V. 13. VII. 12, 46. IX. 20. Geor. II. 229. III. 144, 162. IV. 30, 121, 291, 539 Æn. V. 110, 129, 330. VI. 192, 304. VII. 800. VIII. 83, 96, 630.
Virido: Æn. V. 388; 539. VI. 495.

CUPIDO ET PSYCHE. [*Parvulis fabella.*]

Erant in quadam urbe rex et regina. Hi habuerunt tres filias pulchras. Psyche, filia minima, formam inter mortales pulcherrimam habebat. Ea de causa hanc Psychen ut deam Venerem omnes adorabant. Undique longis itineribus populi conveniebant et puellae supplicabant.

Venus igitur vera valde irata fuit. Vocat statim Cupidinem, filium suum alatum. Ducit eum in illam urbem et monstrat Psychen. "Te," inquit, "oro pro tua in me reverentia: puni hanc puellam."

Sic locuta, Venus it ad oceanum. Undique Nereides Tritonesque per undas saltant. Hic concha sonora jucunde canit: ille defendit ardorem solis: alius ante conspectum dominae speculum fert: alii natant sub ejus curru.

Interim Psyche (jamdudum sororibus desponsatis,) se solam

relictam luget. Nam omnis divinam ejus formam, ut signum bene sculptum, admiratur sed nemo puellam in matrimonium ducit.

At pater filiae miserrimae, metuens irae deorum, consulit oraculum Phoebi Apollinis, qui respondit: "*Siste virginem in vertice montis alti* "

Rex domum redit tardus tristisque. Mater luget ploratque et tota quoque urbs. Sed necessitas oboediendi jussis divinis miseram Psychen ad supplicium deposcebat. Puellam formosam ad rupem montis excelsi ferunt. In supremo vertice eam reliquerunt omnes.

Miserrima puella! Quam valde timet et tremet et orat! Tunc Zephyrus ventus, molliter spirans, eam paulatim sustollit, et per declivia profundae vallis portans, in loco herboso clementer ponit. Hoc in loco Psyche dormivit. Jamque placidiore animo resurgit.

Videt lucum, et, in medio luci, fontem, et, juxta fontem, domum regiam constructam non opera humana sed arte deorum Psyche accessit propius: et mox audacior introit. Domum cunctam ingentibus divitiis repletam videt. Aurum, argentum, elephantus, margaritae, lapides pretiosi—nihil est quod ibi non sit.

Tum vox quaedam, sine corpore ullo, puellae attonitae dixit:— "O hera, illa omnia sunt tua: nos voces sumus tuae ancillae." Psyche, conspecta mensa proxima, discumbit. Et statim apponuntur dulcissimae dapes diversae, nemine ministrante. Voces solas pro ancillis habebat.

CICERONIS EPISTULA. [*Fam. XIV. IV. Alia Pars, o. o.*]

Brundisio se comitesque profectos esse a. d. v. Kalendas Mai ; per Macedoniam Cyzicum petitos esse. O se perditum! O adflictum! quid nunc rogaret illam ut veniret, mulierem aegram, et corpore et animo confectam? non rogaret? sine illa igitur esset? Se opinari, sic ageret. Si esset spes sui et illorum reditus, eam (Terentia) confirmaret, et rem adjuvaret. Sin (ut metueret) transactum esset, quoquo modo posset, ad se faceret (ut) veniret. Unum hoc sciret: si illam haberet non sibi videretur esse plane perisse. Sed quid Tulliola sua fieret? jam id illi viderent: sibi deesse consilium. Sed certe, quoquo modo se res habitura esset illius misellae et matrimonio et famae serviendum esse. Quid? Cicero suus quid ageret? Iste vero esset in sinu semper et complexu suo. Se non quire plura tunc scribere: impedire maerorem. Illa quid egisset nescire: utrum aliquid teneret, an (quod metueret) plane esset spoliata. Pisonem, ut illa scriberet, se sperare fore semper suum et illorum. De familia liberata, nihil esse quod illam moveret. Primum, illius servis ita promissum esse illam facturam esse, ut quisque esset meritus. Esse autem in officio adheo Orphea: praeterea magnopere neminem. Ceterorum servorum eam causam esse, ut, si res a se et illis abisset, liberti sui et illius essent, si obtinere potuissent: sin ad se et illam pertineret, servirent, praeterquam oppido pauci. Sed illa minora esse.

Illa quod se hortaretur, ut animo esset magno, et spem haberet recuperandae salutis; id vellet esset ejusmodi, ut recte sperare possent. Nunc, miser, quando illius jam literas accepturus esset? quis ad se perlaturus esset? quas ipse exspectasset Brundisii, si esset licitum per nautas, qui tempestatem praetermittere noluissent. T.

QUAESTIONES DE TEMPORIBUS.

1. In quot horas dies ab Romanis divisus est?
2. Num horae longitudine semper eadem fuerunt?
3. Nonne horae longiores aestate quam hieme erant?
4. Quando prima hora initium cepit?
5. Quo tempore ultima hora finem accepit?
6. Quae est diei contraria?
7. Quot in partes nox divisa est?
8. Quomodo hae partes appellatae sunt?
9. Quota vigilia ab media nocte oritur?
10. Quota vigilia solis ortu finita est,—aut—Quotae vigiliae solis ortus finem dedit?
11. Quot horae singulis vigiliis fuerunt?
12. Quo anni tempore fuerunt vigilae longissimae? brevissimae?
13. Quot anni tempora Romanis fuerunt?
14. Dic mihi eorum nomina?
15. Quot menses anno fuerunt?
16. Ab quo mense apud Romanos annus initium cepit?
17. Dic mihi nomina mensium?
18. Num dies ab Romanis ab initio mensis numerati sunt?
19. Nonne ab Kalendis, proximae mensis, Nonis, Idibus numerati sunt?
20. Quando sunt Kalendae? Nonae, Idus?
21. Nonne Julius Caesar Idibus Martiis occisus est?
22. Nonne Pater nostrae patriae ante diem octavum Kalendas Februarias natus est?
23. Quo die summa potestas conjunctarum civitatum declarata est?
24. Quando est dies natalis Christi? E. K. C.

EPISTULAE.

WASHINGTON, D.C., Pri die, Kal. Mai. MDCCCLXXXIII.

Magister Optime :

* * Dulci societatis latinae labores sunt, ut omnia, quae a te proficiscuntur. Macte virtue, o Shumway, vix ausus essem te rogare ut libellum Latine singulis mensibus scriberes—sed, ecce! Fasciculus est quia necessitas. Esto perpetuus: non "Ephemeris." "Parvulum" hoc pensum nunquam fuit, quia ab initio vere *magnum* et magnopere laudandum ! * * Rectus, certusque fasciculus ; libellus, elegans ac plane Latina, o, vir optime et doctissime. In quibus magis gaudeo. quod, in Horati verbis dicam—"Lectorem delectando, pariterque monendo." (*Ars. poet.*) De meis poematibus ne responde—Mart. verbis notissimis—"sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura, quae legis !" Nec, Iuvenalis eis—"tenet insanabile multos scribendi cacoethes." * * Vale,

R. W. LOWRIE.

Professori E. S. SHUMWAY, Potsdami, Nov. Ebor :

Salutem. Exemplum appetenter exspectatum novi incepti nunc comiter a te, vir doctissime, in meas manus transmissum, fasciulum dico quintum collectaneorum menstruorum quae inscribuntur *Latine*, hodie laetissime accepi. Quo diligenter perlecto et rationem excogitatam et opus peractum vehementer admiratus sum. Bene miscens utile dulci, libellum profecto edidisti maxima laude dignum ; neque quidquam animadverto emendandum praeter paucula menda typographica quae facile corrigat lector attentus. Errorem levem induxisse suspicor *Kalendarium Romanum* apud Adamum Littleton, in quo quartum edito sub VIII, Kal. Apr. stat vitiose "*Hilaria, Martis Deum* festa," quum stare deberet "*Hilaria, Matris, Deum* [nempe *Cybelæ*] festa." His literis subjectam perscriptionem tabellariam valentem duo talenta Americana, si hac locutione nummum vestrum omnipotentissimum appellans barbarismum evitare coner, libenter remitto, volens fasciculos ab ingressu operis illico et in posterum identidem recipere.

E Belfasta in Hibernia VI. Kal Apr.

Tuae humanitati addictissimus,

ALEXANDER JOANNIS GORDON.

Professori EDGARO S. SHUMWAY :

Si vales bene est : valeo. Abhinc paucos dies fasciculum "*Latine*" recepi. Me magna laetitia implevit quod magnum vacuum in arte docendi spatium occupat. Jamdiu lingua Latina in meo ludo utor et per hanc hiemem societatem Latinam habuimus. Utinam ante hoc tempus tuum opusculum mihi fuisset ! Valde cupio esse particeps et brevi tempore, pecuniam mittam. "*Latine*" fuit discipulis jucundissimum ; diligenter id legerunt

Vale et "Macte virtute." tuus amicus sum,

BENJ. L. DOOGE,
Princeps Ludi Summi.

Coldwater, Mich , a. d. XIII Kal Mai.

COUSHATTA, Red River Parish, La , XVI K. Mai.

Care Magister : Intus invenies quasdam quaestiones de excerpto undevicesimo tuorum "colloquendorum." Si eae tibi gratae sint multa mihi erit laetitia. Mitte mihi, si tibi placet, alia " colloquenda," ut, si otium mihi sit, alias quaestiones tibi mittam. Multum mihi tunc erat laboris scholae parandae ad annuam "*exhibitionem*." Multa cum spe, ut tibi futura sit valitudo, sum doctor doctissime.

Servus tuus oboedientissimus,

JOHANNES GUIL. PEARCE

PHILOMATH Col., Philomath, Oreg.

Care Prof. E. S SHUMWAY:

* * Libris Professoris Harkness usi sumus annos quindecim. Praeses fui hujus Collegii septem annos. Scotus sum ab Baillemhurie, Inverness ; et tantam latinam quantam hic scribo, possum scribere stylo currente, et sine lexicone vel aliis libris. Adeo ut tu me noscas.

Tui observantissimus,

W. S. WALKER.

Anticipating stress of work, the May number is enlarged at the expense of that of June.

☞ As some recent subscribers are anxious to get a full file of *Latine* for binding ("magnopere desiderandum in colligatione libri") we shall be glad to hear from any one who can spare a copy of the first number (November), which, we regret, is exhausted.

There are now subscribers to *Latine* in every State in the Union but three, in Canada, England, Ireland, Austria, China and Sandwich Islands. The Latin letters selected for this number come from Ireland, Oregon, Louisiana, Michigan and Washington.

The plan of *Latine*, it is perhaps unnecessary to state, is to aid, by very brief suggestions, the study of Latin. It is gratifying to its editor to learn that it has been really an aid.— For he has felt the need not so much of well annotated texts and of clear compendious grammars as of a medium for practical suggestions from follow-workers.—While believing as firmly as did "Father Ennius," in the wise teaching of Grammar, *Latine* has not trenched upon a field already well occupied, and the "compendium brevissimum" to-day inserted is designed to serve as a hint only. In reply to the lament that "there is no such charming matter for children in Latin as in modern languages," the "Sparrow" of Catullus and a few paragraphs of an adaptation from Apuleius' "Cupid and Pysche" are included, and *Latine* hopes for a Latin letter about the "fabella" from some little friends.

Single copies of *Latine*, 35 cents; to subscribers, 10 cents; Dec.–June, $2.00.

EDGAR S. SHUMWAY.

Department of Greek and Latin, State Normal and Training School, Potsdam, N. Y.

DVLCIA.

Latine for May is as bright and attractive as ever. What a contrast to the old "gerund-grinding" methods of our youth! Happy the children of to-day who learn by this new method not a "dead language," but a living speech, and who read and talk over, in the present number, Catullus's charming poem of "The Dead Sparrow," and the story of Cupid and Psyche. In these two articles just the right level is reached for youthful minds, and their elders will share their delight. The existence of such a periodical as this (the first of its kind in the world) must astonish the European Censors of "materialistic," "money-grubbing" America, as they are fond of styling our country. Even in the present number an Irish correspondent good-naturedly clothes the ancient slur of "the almighty dollar" in the classical garb of "*nummum vestrum omnipotentissimum*."—*The Book Keeper*, N. Y.

Latine commends itself to all teachers as a most admirable means of promoting the better teaching and study of the language. * * —*Southern Educational Monthly*, Charleston, S. C.

* * *Latine* will be of value not only to students, but to all who wish to keep fresh or to revive their knowledge of the ancient tongue.—*The Churchman*, New York.

Prof. E. S. Shumway, of the State Normal School, Potsdam, N. Y., is making Latin a familiar if not a living language by his neat little monthly—*Latine*. It must be as grateful as it is serviceable to the classical student.—*Zion's Herald*, Boston.

One of the most enterprising undertakings to make Latin no longer a "dead language" is being made by E. S. Shumway, of the State Normal School of Potsdam, N. Y., by editing and publishing in pamphlet form, a monthly periodical in Latin named *Latine*. It is intended for class-room use and can be heartily commended to all classical teachers who are interested in the natural method of teaching the language.—*The Republican*, Springfield, Mass.

* * We know of no more commendable enterprise than *Latine*, and we rejoice that it seems to be meeting with brilliant success.—*Sunday Herald*, Columbus, Ohio.

Single copies of *Latine*, 25c.; to subscribers, 10c.

The present number of *Latine* concludes the year. Letters addressed to Potsdam, N. Y., will reach the editor. He will be glad to meet readers of *Latine* during the six weeks following July 14th, at Chautauqua, where he will have charge of instruction in Latin.

EDGAR S. SHUMWAY.

Department of Greek and Latin, State Normal and Training School, Potsdam, N. Y.

Iter est longum per praecepta, breve et efficax per exempla.—SENECA.

POTSDAMI, NOV. EBOR.

LATINE.

KAL. JUN. MDCCCLXXXIII.

"*Multa Roga: Retine docta: Retenta doce.*"—COMENIUS.

Lector: Quid tibi vis, O ephemeris parvula?

Latine: Rationem linguae meae docendae fovere meliorem, discipulos adjuvare exemplis, dormitantes stimulare quaestionibus ac pensis, literarum latinarum amicos praeceptoresque contra hostes insanos conjungere.

Lector: Quomodo exstitisti?

Latine: Æstate praeterita, societas latina orta fuerat cujus ad participes folia singulis mensibus missa sunt. Ea societas, indies crescens, ephemeridem postulavit. Ergo—sum.

Lector: Ubi sunt hi socii?

Latine: Paene ubique in America; immo, nonnulli sunt in Europa et Asia.

KALENDARIUM JUN.: in quo, praeter seriem Dierum, Festa, Ludi, Ortus et Occasus Siderum, aliaque nonnulla scitu digna adnotantur.

Veneris dies	1	Kal.	*Fabariae Kal.* Macr. *Marti. Carnae* deae *Junonis Monetae* aedes dic. Aquila oritur.
Saturni dies	2	IV.	Hyades oriuntur.
Solis dies	3	III.	*Bellonae* facr.
Lunae dies	4	Prid.	*Herculis* aedes in Circo.
Martis dies	5	Nonae.	*Sponsoris Jovis. Fidei* templum.
Mercurii dies	6	VIII.	*Vestae* templum.
Jovis dies	7	VII.	*Ludi piscatorii* in Campo Mar. *Mentis* templum. Arctophylax occidit.
Veneris dies	8	VI.	
Saturni dies	9	V.	*Vestae.* Asini coronantur. Ara *Jovis Pistoris.*
Solis dies	10	IV.	*Matralia.* Delphin oritur.
Lunae dies	11	III.	*Forti Fortunae. Concordiae* aedes.
Martis dies	12	Prid.	*Matris Matutae.*
Mercurii dies	13	Idus.	*Jovis* invicti. *Quinquatrus* minusculae.
Jovis dies	14	XVIII	
Veneris dies	15	XVII.	Hyades oriuntur.
Saturni dies	16	XVI.	Orion oritur.
Solis dies	17	XV.	*Æqui et Volsci a Posthumo* fugati.
Lunae dies	18	XIV.	
Martis dies	19	XIII.	*Minerva* in Avent. Sol in Cancro.
Mercurii dies	20	XII.	*Summanalia.* Ophiuchus oritur.
Jovis dies	21	XI.	
Veneris dies	22	X.	
Saturni dies	23	IX.	*Flaminius* victus a Poenis.
Solis dies	24	VIII.	*Fortis fortunae.*
Lunae dies	25	VII.	Naves coronatae convivia per Tiberim ducebant.
Martis dies	26	VI.	Solstitium.
Mercurii dies	27	V.	*Jovis Statoris* et *Laris.*
Jovis dies	28	IV.	*Quirini* templum.
Veneris dies	29	III.	
Saturni dies	30	Prid.	*Herculis* et *Musarum.*

QUAESTT. ET RESPONSA.

"Quid est *fides?*" "Quid non vides." "Bonum!"
"Quid est *spes?*" "Nondum res" "Melius!"
"Quid est *caritas?*" "Id est raritas." "Optimum!

CARMEN.

In laudem pontis pensilis Neo-Eboracensis.

IX Kal. Jun., MDCCCLXXXIII.

Exegi monimentum aere perennius,
Regalique situ pyramidum altius;
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, et fuga temporum.
—*Hor.*, *IV*. *30*.

I.

Jam satis Rivi tumidis Eoi
Credidit lymphis Pater has marinas
Nobiles urbes, nebulisque, ventis,
Grandine pressit.

II.

Jam satis vexit geminas ad oras
Horrida cymba sitiens avarus
Impigros cives Moderator, actus
Nummuli amore.

III.

Pons enim. pendens solidis colossis,
Praegravans uncis retinaculisque
Ferreis, pini trabibus politis
Contabulatus,

IV.

Pondus immensum, Rhodium antecellens!
Jure "Romanus labor" elocutus,
Nesciis fati resonante linguis
Dignus honore,

V.

Conditus nunc est. Properate, cives......
Terra telluri sociata..... ! En dant
Murmur orchestrae. Tuba tympanumque
Perstrepit Euoe!

VI.

Fulminans rauco catapulta bombo
Detonat celsis solidisque castris:
Bellicus non est crepitus; triumphi
Nuncia defert.

VII.

Echo Eboraco reboat Novello;
Corda pervadit stimulatque vulgi.
Insulae Longae stygiis cavernis
Penetrat orcum.

VIII.

Liber incedit populus—magister
Arte, naturae domitor, creator,
Insulas jungens, freta ponte sternens,
Aethera scandens.

IX.

Liberae incedunt animae silentum,
Lintre semoto, domito Charonte,
Saeculi mores cupidae celebres
Visere nostri.

X.

Prout semel Trojae stupuit sub arces
Terra, dum muros init "Ars Minervae;"
Sive dum celsae Babylonis hortus
Pensilis halat;

XI.

Os ita intentum teneat: prehendat
Quod valet liber populus creare,
Viribus junctis opibusque; quaeque
Gignere monstra.

XII.

Hinc Alexander, Pharao, Philippus,
Cyrus, Atridae, Cythereius dux,
Caesar, Henricus, Bonapars cohorsque
Martia cuncta,

XIII.

Socrates magnus, Xenophon, Platoque
Et Stagirites, Megaraeque prudens,
Tullius, Paulus venit, ac sophorum
Densa corona.

XIV.

Prodeant. Locis spatietur altis
Qui, stylo promptus gladiove, mundo
Profuit, fas est: regat Archimedes
Dummodo passus.

XV.

Hincque doctorum subit et caterva
Quae extudit nobis operosa et usus
Et bonas artes, hominem trahentes
Altius arvo.

XVI.

Auctor hic pulvis pyrii, hic typorum,
Hic modi cantus, vitreaeque lamnae hic,
Machinae hic filo duplici suentis,
Proflui hic ignis;

XVII.

Hic levem mutat rigida vaporem
Vi: jubet plaustrum vehere et carinam;
Hic rapit fulmen, radiare, fari,
Pellere mandat.

XVIII.

Sub jugum aut pontum caveas per imas
Ferreum hic sternit bivium, metalli
Hic loquens stamen. Spatium nec extat!
Ardua nec sunt!

XIX.

Inclyti heroes! Simulacra grandis
Vestra Pons gestet; basibusque docta
Turba quae prelo nova promit acta
Publice et affert—

XX.

"Nuncius" (vulgo vocitatus "*Herald*")
"Tempora" ac "Sol" ac "Aquila" ac "Tribunus,"
"Mundus" aut "Censor," "Graphicus" vel "Argus"—
Rite ea ponet.

XXI.

Dum puer vernans tenera et puella
Ter rosis sternunt viridique lauro
Tramitem, ne quid subeat sinistri
Forte viator;

XXII.

Candidis stellis roseisque pulchrum
Fasciis dum almae fluitat Rei hujus
Publicae signum gemina serenam
Turre per aethram;

XXIII.

Insulae Longae venerande Praesul,
Fausta ab excelsis chalybi precare
Pensili. Adstantes, manibus supinis,
Jungite voces:

XXIV.

O potens Numen, sapiente cujus
Hactenus cura Phariis stat oris
Pyramis, surgunt tumulique prisci,
Stantque obelisci,

XXV.

Laetus intersis populo Columbi!
Atque votivum decus hoc paterni
Fluminis surgens opulente ripis,
Foedus et arcus,

XXVI.

(Iris ut quondam decorata coelo
Mansit in signum placiti fidelis),
Te tuente, almae stet hic universum
Pacis in aevum.

XXVII.

Dulce sic possit "gelidis" Britannis
Et Scythis, Scotis Alemannicisque,
Africae nudis profugis, Ebraeis
Undique oberrent,

XXVIII.

Atque Romanis aquilis, cruore
Ebriis olim, populisque cunctis
Libera haec Tellus, data nuper orbi,
Praebere asylum.

C. STAUDER, B. D.

Plini.—"HORRIBILE DICTU." [Finis.]

Illa scribentis capiti catenis insonabat. Respicit rursus, idem quod prius innuentem: nec moratus, tollit lumen, et sequitur. Ibat illa lento gradu, quasi gravis vinculis. Postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa deserit comitem; desertus herbas et folia concerpta signum loco ponit.

Postero die adit magistratus; monet, ut illum locum effodi jubeant. Inveniuntur ossa inserta catenis et implicita; collecta publice sepeliuntur: domus postea, rite conditis manibus, caruit.—*Plinius.*

Nonne illa effigies sonum catenarum reddebat?
Nonne insonabat effigies catenis?
Quomodo dixit Plinius illam insonavisse?
Nonne effigies insonabat philosophi capiti?
Ponesne tibi in oculos noctem opacam, philosophum scribentem, monstrum catenas super caput scribentis quatiens?
Cujus super caput catenas quatiebat?
Cujus capiti insonabat catenis?
Nonne Plinius nobis fert monstrum philosophi scribentis capiti insonavisse catenis?
Quibus verbis usus est Plinius?
Nonne audax respicit rursus?
Quid videt effigiem facere?
Nonne antea innuit?
Innuebatne aliud quod prius innuerat?
Quomodo primo innuerat?
Nonne sic iterum innuebat?
Nonne similis vocanti innuebat?
Num vir Athenodorus timuit?
Num erupit?
Num innuens effigies morari volebat?
Si morari voluisset num innuisset similis vocanti?
Estne miser philosophus moratus?
Nonne lumen tollit et sequitur?
Num ausus est effigiem sine lumine sequi?
Unde ibat miser Athenodorus?
Quo illam sequebatur?
Credisne eum rediturum esse?
Ibatne effigies celeriter?
Quomodo tradidit Plinius illam ivisse?
Nonne effigies ibat similis gravi vinculis?
Si gravis vinculis esses nonne lento gradu ires?
Nonne audax effigiem per domum sequitur?
Nonne arbitaris philosophum miserum effigiem trans Stygiam secuturum esse?
Estne descensus ad inferos in area domus?
Nonne repente dilapsa effigies deserit comitem?
Nonne imago domum ibat?

Potuitne comes audax eum longius sequi?
Quod signum desertus loco ponit?
Quo in loco desertus herbas et folia concerpta ponit?
Quis adit mag. postero die?
Quo adit postero die? Magistratus?
Quando magistratus adit?
A quo dictum est postero die adivisse magistratus?
Scisne quo postero die adiverit?
Estne dubium quin magistratus postero die adiverit?
Quid monet?
Qui jubebunt illum locum effodi?
Nonne effodiunt solo extrahendo?
Nonne locus foliis designatus effodiendus est?
Qui dicent locum effodiendum esse?
Scisne quis monuerit ut illum locum effodi juberent?
Quae dixit Plinius inventa esse?
Nonne haec ossa inserta et implicita sunt catenis?
Quibus inserta et implicita sunt ossa?
Nonne scriptor dixit ea inserta esse in catenas?
Sepelienturne ossa?
Scisne utrum publice sepelienda sunt?
Nonne collecta sepelienda sunt?
Dubitasne quin idolon ea sepeliri voluerit?
Scisne nunc qua de causa idolon apparuerit?
Scisne quorsum strepitus vinculorum redditus sit?
Dic mihi quorsum digito innuerit?
Volueratne Charon umbram trans Stygiam portare?
Estne dubium quin domus posthac caritura sit dummodo manes rite conditi sint?
Nonne rogas ut misera umbra in pace requiescat?
Dicamus umbrae ultimum vale!

JOCUS.

Quod fuit esse quod, est quod non fuit esse quod esse. Esse quod est non esse quod est non est, erit esse. R. W. L.

RUBRI UXOR ALDIVALLIS.

Rubri uxor Aldivallis,
Rubri uxor Aldivallis,
Scisne qua decepit me,
Colles cum transirem Ballis,

Vovit ac juravit illa,
Meam semper se futuram;
Sed, vae mihi! virgo levis
Istum, prae me, legit furem.

Optime saltavit virgo
Laetiorem numquam malles;
O utinam fuisset mea;
Aut *Ego*, Ruber Aldivallis!

Oculos nitentes habet,
Osque pulchrum ut Dianae;
Semper mihi cara erit,
Quamvis perfida Joanni.

CUPIDO ET PSYCHE. [*Alia Pars.*]

Tunc voces permultae turbae musice canentis perveniunt ad aures ejus. Tum silent, et vox suavissima dicit; O Psyche, eris mea cara conjura; invisibilis et noctu adero, sed maxime te amabo. Deinde quidam cithara personat et dulcissime cantat chorus. Multas post noctes maritus invisibilis dicit: "Dilecta conjux, sorores tuae, perturbatae opinione tuae mortis, brevi venient ad istam rupem. Si audieris lamentationes, Ne responde—ne respice quidem ad eas. Alias mihi quidem paras dolorem, tibi vero perniciem."

At Psyche lacrimans, et rogitans, et minitans se alias morituram, impetrat ab invito marito ut sorores videat et leniat earum maerorem. Sed maritus monet ne umquam de forma mariti quaerat neve se de tanto fortunarum culmine impia curiositate dejiciat. Illa gratias egit marito, et oravit: "Impera," quaeso, "illi zephyro, tuo servo, ut advehat huc ad me meas sorores." Maritus omnia promisit. Tum die adventante, abiit. Eodem die illae sorores ad eam rupem veniunt. Flebant et suum sororem infelicem nomine vocabant.

Rupes scopulique remittebant sonum vanum. Tum Psyche trepidans procurrit e domo et exclamat "Ecce me quam lugetis! Desinite lamenta!" Vocat zephyrum et jussa domini memorat. Sine mora oboediens mandato deportat illas mitissimis auris. Sorores illae Psychen amplectuntur et illae lacrimae jam repressae recurrunt iterum, laetitia eas eliciente. Psyche ostendit eis immensas divitias domus aureae, vocum ministrantium numerosam familiam auribus demoustrat. Iam malae sorores alunt invidiam. Non cessant quaerere: "Ubi est maritus tuus?" "Quis est?" "Quali forma est?"

Psyche respondit: "Juvenis est, et formosus. Venationes in montibus illi delectant. Hodie venatur." Zephyrum vocat. Ille servus fidelis eas revehit. Sorores domum revertentes multa inter se garriebant. Altera sic incipit: "Forsitan Deus, ejus conjux, eam quoque faciet Deam." Altera suscipit: "Sic est, profecto. Jam etiam sumit sibi divinos spiritus haec mulier impudens quae habet Voces ancillas et imperat ipsis ventis." Prima subjungit: "At ego infelix conjugem habeo meo patre seniorem qui totam domum custodit"— Et alia respondet: "Meus maritus est aeger et molestum officium artis medicae sustineo. Quam Psyche autem se jactabat! Ne praedicemus tantam ejus felicitatem. Nec sunt enim beati quorum divitias nemo novit. Posthac ejus superbiam puniemus." Sic petunt domos suas, machinantes nefariam fraudem. Interim Psychen conjux ille, quem ignorat, futura docet. "Sorores perfidae nefarias insidias tibi comparant. Tibi dabunt consilium observandi meam faciem; quam, si aspexeris, non aspicies amplius. Itaque de tuo marito nil quicquam vel audias vel respondeas." Tum praevenit discessione sua lucem diei orientis. Eodem die ambae sorores conspirantes illam rupem celeriter petunt et desiliunt in altum. Sed Zephyrus detulit eas leniter ad terram. Intrant in domum et dissimulantes adulant. Sic

mentientes paulatim sororis invadunt animum. Psyche imperat personari cithara, personatur: jubet cani tibiis, canitur: choros canere, cantatur. Nunc sorores dissimulantes incipiunt interrogare eam — "Qualis est, soror cara, tuus maritus?" Tum Psyche, simplex immemorque, instruit novum mendacium. "Maritus meus est negotiator, aetate media, nunc primum canescens. Secum dicebant sorores: "Quam brevi ille juvenis in hunc senem mutavit! Tunc juvenis erat maritus ejus, hodie est mediae aetatis!" At multis cum lacrimis sorori dicunt: O misera soror, conjux tuus est draco monstruosus qui te devorabit. Plurimi agricolae et qui circa hunc lucum venantur eum viderunt." Tunc infelix Psyche corripitur metu.

Exclamat: "Numquam viri mei vidi faciem sed ille mihi dissuadet. Timeo et credo vos veritatem dixisse. Si auxilium dare potestis nunc, nunc succurrite" Tum sorores incipiunt: "Abde in lecto tuo cultrum acutissimum et lampadem plenam oleo. Ubi draco dormit in lecto, sustinens suspensum gressum nudis pedibus, lumine adjuvante, abscide caput ejus." Sorores Psychen relinquunt maritum interfecturam. Nox venerat et maritus demersus erat in profundum somnum. Tunc Psyche sine susurru capit lampadem et cultrum. At—qualem bestiam aspicit! Illum ipsum Cupidem pulchrum deum, cujus aspectu lumen etiam lampadis magis splenduit et culter ipse timebat. Nunc Psyche tentat abdere cultrum sed in suum pectus. Culter metu tanti sceleris ex manu excidit. Alae formosissimi Dei dormientis immotae manent sed in somno plumulae tenerae, trepide subsultantes, tremunt. Ad pedes arcus et pharetra et sagittae jacebant. Psyche extrahit unam sagittam ex pharetra. Vulneravit suum pollicem. Tum lampas stillam ferventis olei in humerum dei dextrum effudit (O audax lampas, uris ipsum deum amoris quamvis tu primum inventa sis ab amante aliquo, ut diutius viderit amicam!)

PLENA AMORE.

Omnia opera,
Domini gloria,
Minima, maxima,
Plena amore!

Creator supremus,
Te nos adoremus
Multo clamore!

Saecula, caelica,
Parva, vel optima,
Omnia opera,
Plena amore!

O, pater supremus,
Te nos exaltemus
Vita et ore!

R. W. Lowrie, V. D. M.

IN ENGLISH.

One of the most valuable books for promoting the study of Greek that have yet been issued in this country is Dr. Wilkinson's "Preparatory Greek Course in English." It is of value not only to the beginner in Greek, but also to the parent who wishes to aid his boy or girl, and to the teacher who would help without weakening the student. It has gained remarkable popularity, (eighteenth thousand.) It gives us pleasure to announce the early appearance of the companion "Latin Course." We bespeak for it yet wider circulation than the "Greek Course" has reached. It will fill a great gap in the student's library; will be (judging by the "Greek Course") a book to make a boy "love" his Latin.